putet tanqꝫ de fide dubitans & veritate fidei pro certo nō
supponens sed argumentis experiri intendens: proculdu-
bio peccat tanqꝫ dubius in fide & infidelis. Si autem dis-
putet aliquis de fide ad confutandum errores vel etiā ad
exercitium: laudabile est. Ex parte vō audientium consi-
derandum est vtrum illi qui disputationem audiunt sint i/
structi & firmi in fide: aut simplices & in fide titubantes.
Et quidem coram sapientibus in fide firmis nullum per-
culum est disputare de fide. sed circa simplices est dūm-
guendum. Quia aut sunt sollicitati siue pulsati ab infideli-
bus: puta iudeis vel hereticis siue paganis nitentibus cor-
rumpere in eis fidem. Aut oīno non sunt sollicitati super
hoc: sicut in terris in quibus non sunt infideles. In primo
casu necessarius est publice disputare de fide: dummodo
inueniantur aliqui ad hoc sufficientes & idonei qui erro-
res confutare possint. Per hoc enim simplices in fide cō-
firmabuntur: & tolletur infidelibus decipiendi facultas. &
ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent peruerteren-
tibus fidei veritatem esset erroris confirmatiō. Vñ Gre-
go. in. 2. pastoral. Sicut incauta locutiō in errorem per-
trahit: ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant
in errore derelinquit. In secūdo vō casu periculosum est
publice disputare de fide coram simplicibus quorum fi-
des ex hoc est firmior: quia nihil diuersum audierunt ab
eo quod credunt: & ideo non expedit eis vt verba infide-
lium audiant disputantium contra fidem. ¶ Ad primum
ergo dicendum qꝫ apostolus non prohibet totaliter dispu-
tationem: sed inordinatam que magis fit contentione ver-
borum qꝫ firmitate sniarum. ¶ Ad secundum dicēdū
qꝫ lex illa prohibet publicam disputationem de fide que

procedit ex dubitatione fidei. non autem illa que est ad fidei confirmationem. ¶ Ad tertium dicendum quod non debet disputari de his que sunt fidei quasi de eis dubitando. sed propter veritatem manifestandam et errores confutandos. Opus enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus disputare. quandoque quidem defendendo fidem sed illud. i. ¶ Det. 3. ¶ Parati semper ad satisfactionem omni posceti vos rationem de ea que est in vobis spe et fide. quandoque autem ad vincendos errantes: sicut illud ad Titum primo. Ut sit potes exhortari in doctrina sana: et eos qui contradicunt arguere.

Ad octauum sic proceditur. Videtur quod infideles nullo modo compelliuntur ad fidem. Dicitur enim. Matth. 14. Quod serui patrifamilias in cuius agro erant zizania seminata que fuerunt ab eo: vis unus et colligimus ea: et ipse respondit: Non: ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Ubi dicit Chrysostomus. Hec dicit dominus prohibens occisiones fieri. Nec enim oportet interficere hereticos: quia si eos occideritis necesse est multos sanctorum simul subuerti. ergo videtur quod pari ratione nec aliqui infideles sunt ad fidem cogendi. ¶ Preterea. In decretis dist. 45. sicut dicitur. De iudeis precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: ergo pari ratione nec alij infideles sunt ad fidem cogendi. ¶ Preterea. Aug. dicit. quod cetera potest homo nolens: credere vero non nisi volens: sed voluntas cogi non potest. ergo videtur quod infideles non sunt ad fidem cogendi. ¶ Preterea. Ezech. 18. dicitur ex persona dei: Nolo mortem peccatoris: sed nos debemus voluntatem nostram conformare diuine ut supra dictum est. ergo etiam nos non debemus velle quod infideles occidantur. ¶ Sed contra est quod dicitur Luce. 14. Et in vias et sepes et compelle intrare ut impleatur domus mea. sed homines in domum dei. i. in sanctam ecclesiam intrant per fidem. ergo aliqui sunt compellendi ad fidem. ¶ Rñ. dicendum quod infidelium quidam sunt qui nunquam susceperunt fidem sicut gentes et iudei. et tales nullo modo sunt ad fidem compellendi ut ipsi credant: quia credere voluntatis est: sunt tamen compellendi a fidelibus si assit facultas: ut fidem non impediunt vel blasphemis vel malis persuasionibus: vel et apertis persecutionibus. et propter hoc fideles christi frequenter contra infideles bellum mouent: non quidem ut eos ad credendum cogant: quia si etiam eos viderent et captiuos haberent: in eorum libertate relinquerent an credere vellent: sed propter hoc ut eos compellant ne fidem christi impediunt. Alij vero sunt infideles qui quandoque fidem susceperunt et eam profitentur sicut heretici et quando apostate. et tales sunt etiam corporaliter compellendi ut impleant quod promiserunt: et teneant quod semel susceperunt. ¶ Ad primum ergo dicendum quod per illam auctoritatem quidam intellexerunt esse prohibitam non quidem excommunicationem hereticorum sed eorum occisionem: ut patet per auctoritatem Chrysostomi. inductum. Et Aug. ad Vincentium de se dicit. Hec primitus mea sententia erat: neminem ad unitatem christi esse cogendum: verbo esse agendum: disputatione pugnandum. sed hec opinio mea non contradicentium verbis: sed demonstrantium superatur exemplis: legimus enim terro: ita profuit ut multi dicant: gratias domino qui vincula nostra dirupit. Quod ergo dominus dicit: Si uide vtraque crescere usque ad messem qualiter intelligendum sit apparet ex hoc quod subditur. Ne forte colligentes zizaniam eradicetis simul cum eis et triticum: ubi satis ostendit sicut Aug. dicit contra epistolam Damasceni. Cum metus iste non subest: id est quando ita cuiuscumque crimen notum est omnibus execrabile apparet: ut nullos profusus vel non tales habeant defensores per quos possit scisma contingere: non dormiat seueritas discipline. ¶ Ad secundum dicendum quod iudei si nullo modo acceperunt fidem nullo modo sunt cogendi ad fidem. si autem acceperunt fidem: oportet ut fidem necessitate cogantur retinere: sicut in codice capitulo dicitur. ¶ Ad tertium dicendum quod sicut uolere est voluntatis: reddere autem necessitatis: ita accipere si-

dem est voluntatis: sed tenere eam acceptam est necessitatis. et ideo heretici sunt compellendi: ut fidem teneant. Dicit enim Aug. ad Bonifacium comitem: Ubi est quod isti clamare consueverunt liberum esse credere vel non credere: cui vim christus intulit agnoscant in paulo prius cognoscentem christum et postea docentem. ¶ Ad quartum dicendum quod sicut in eadem epistola Aug. dicit: Nilulius nostrum vult aliquem hereticum perire: sed aliter non meruit habere pacem domus David: nisi Absolon filius eius in bello quod contra patrem gerebat fuisset extinctus: sic ecclesia catholica si ex aliquorum perditione ceteros colligit dolorem materni sanati cordis tantorum liberatione populorum.

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod cum infidelibus possit communicari. Dicit enim apostolus. i. ad Cor. x. Siquis vocat vos infidelium ad cenam et vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate. Et Chrysostomus dicit. Ad mensam paganorum si volueris ire sine vlla prohibitione permittimus. sed ad cenam alicuius ire est ei communicare. ergo infidelibus licet communicare. ¶ Preterea. Apostolus dicit. i. ad Cor. 5. Quid mihi est de his qui foris sunt iudicare. foris autem sunt infideles. cum ergo per iudicium ecclesie aliquorum communio fidelibus inhibeatur. videtur quod non sit inhibendum fidelibus cum infidelibus communicare. ¶ Preterea. Dominus non potest uti seruo nisi ei communicando saltem verbo: quia dominus monet seruum per imperium: sed christiani possunt habere seruos infideles vel iudeos vel etiam paganos sive saracenos. ergo possunt licite cum eis communicare. ¶ Sed contra est quod dicitur Deutro. 7. Non iuris cum eis sedus: nec misereberis eorum: neque sociabis cum eis comubia. et super illud Leui. 20. Mulier que redeunte mense etc. dicit glo. Sic oportet ab idolatria abstinere ut nec idolatras nec eorum discipulos contingamus: nec cum eis communionem habeamus. ¶ Respondeo dicendum quod communio alicuius persone interdicitur fidelibus dupliciter. Uno modo in penam illius cui communio fidelium subtrahitur. Alio modo ad cautelam eorum quibus interdicitur ne alij communicent. et vtraque causa ex verbis apostoli accipi potest. i. ad Cor. 5. Nam postquam sententiam excommunicationis protulit: subdit pro ratione: Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Et postea rationem subdit ex parte pene per iudicium ecclesie illate cum dicit: Nescitis de his qui intus sunt vos iudicatis: primo ergo modo non interdicit ecclesia fidelibus communionem infidelium quod nullo modo fidem christianam receperunt. s. paganorum vel iudeorum: quod non habent de eis iudicare spirituali iudicio sed temporaliter in casu: cum iter christianos commoantes aliquam culpam committunt. et per fideles temporaliter puniuntur. Sed isto modo. s. in penam interdicit ecclesia fidelibus communionem illorum infidelium qui a fide suscepta deniant: vel corrumpe fidem sicut heretici: vel etiam totaliter a fide recedendo sicut apostate. In vtroque enim horum excommunicationis sententiam profert ecclesia. Sed quantum ad secundum modum videtur esse distinguendum secundum diversas condiciones personarum et negotiorum et temporum. Si enim aliqui fuerint firmi in fide ita quod ex communione eorum cum infidelibus conuersio infidelium magis sperari possit quam fidelium a fide auersio: non sunt prohibendi infidelibus conuicere qui fidem non susceperunt. s. paganis vel iudeis: et maxime si necessitas urgeat. Si autem sint simplices et infirmi in fide de quorum subuersio probabiliter timeri possit: prohibendi sunt ab infidelium conuicere: et precipue ne magnam familiaritatem cum eis habeant: vel absque necessitate eis conuicent. ¶ Ad primum ergo dicendum quod dominus ille precepit de illis gentibus quarum terram ingressuri erant iudei qui erant promissi ad idolatriam. Et ideo timendum erat ne per continuam conuersationem cum eis alienarentur a fide. et ideo ibidem subditur. Quod seducet filium tuum ne sequatur me. ¶ Ad secundum dicendum quod ecclesia contra infideles non habet iudicium quod ad penam spirituales eis infligenda: habet tamen iudicium super aliquos infideles quod ad temporalem penam infligendam: ad quod pertinet ecclesia ali-

quando ppter aliquas speciales culpas subtrahit aliquibus infidelibus cōmunionē fidelium. **Ad tertium** dicendum q̄ magis est pbabile q̄ seruus qui regitur imperio dñi conuertatur ad fidem dñi fidelis q̄ ecōuerso. & ideo non est pbibitum quin fideles habeant seruos infideles. si tamē dño periculū imineret ex cōione talis serui: deberet eū a se abijcere s̄m illud mandatū domini **Matth. 18.** Si pes tuus scādalizauerit te: absconde eum & projice abs te.

Ad decimum sic pcedit. Videtur q̄ infideles possint habere p̄lationes vel do-
minium supra fideles. Dicit enī apostolus. **1. ad Tim. 6.** Quicumq; sunt sub iugo serui dños omni honore dignos arbitrent. Et q̄ loquat de infidelibus patet per hoc qd̄ subdit. Qui autē fideles habent dños non cōtēnāt. **Et. 1. 1. Pe. 2.** dicit. Serui subditi estote in omni timore dñis: nō tñi bonis & modestis sed etiā discolis: nō autē hoc preciperet per doctrinā apostolicā: nisi infideles possent fidelibus p̄esse. ergo videt q̄ infideles possint fidelibus p̄esse. **Preterea.** Quicumq; sunt de familia alicuius principis subsunt ei: sed fideles aliqui erant de familia infidelium p̄cipuz. Unde dicit ad **1. Pet. 4.** Salutant vos oēs sancti: maxime autez qui de cesaris domo sunt. s. Hieronis q̄ in fidelis erat. ergo infideles possunt fidelibus p̄esse. **Ps.** Sicut p̄s dicit in p̄o politicoz. Seruus est instrumentū dñi in his que ad humanā vitā pertinent: sicut & minister artificis est instrumentū artificis in his que p̄tinent ad opationē artis: sed in talibus pōt fidelis infideli subijci. possūt enim fideles infidelium coloni esse. ergo infideles possunt si delibus p̄fici etiā q̄ntū ad dñus. **Sed** p̄tra est q̄ ad eum qui p̄est p̄tinet habere iudiciū super eos quibus p̄est. sed infideles nō possunt iudicare de fidelibus. **Dicit** enī apostolus. **1. ad Cor. 6.** Audet aliquis vestrum habens negociū aduersus alterū iudicari apud iniquos. i. infideles: & nō apud sanctos. ergo videt q̄ infideles fidelibus p̄esse non possint. **Rn̄o.** dicendū q̄ circa hoc dupliciter loqui possumus. Uno modo de dño vel p̄latione infidelium super fideles de nouo institūda. & hoc nullo modo p̄mitti debet. Lederet enī hoc in scandalū & in periculum fidei. de facili enim illi qui subijciunt alioz iurisdictioni imitari possunt ab eis q̄bus subsunt vt sequant̄ eoz imperiū: nisi illi qui subsunt fuerint magne virtutis. Et si militer infideles cōtēnāt fidem si fidelium defectus cognoscant. & ideo apostolus pbibuit vt fideles non cōtendant iudicio corā iudice infideli. Et ideo nullo modo permittit ecclia q̄ infideles acquirant dñum super fideles: vel q̄lūtercūq; eis p̄ficiant in aliquo officio. Alio modo possum⁹ loqui de dño vel p̄latione iam p̄existenti. Ubi considerandū est q̄ dñus vel p̄latio introducta sunt ex iure humano: distinctio autē fidelium & infidelium est ex iure diuino. Jus autē diuinū qd̄ est ex gratia nō tollit ius humanū: qd̄ est ex naturali ratione. ideo distinctio fidelium & infidelium s̄m se cōsiderata non tollit dominium & p̄lationē infidelium supra fideles. **Idest** tamē iuste per sententiā vel ordinationē ecclesie auctoritate dei habens tale ius dominij vel p̄lationis tolli: quia infideles merito sue infidelitatis merentur potestatem amittere sup fideles qui trāsserunt in filios dei: sed hoc quidem ecclesia q̄sq; facit. q̄sq; autē non facit. In illis enim infidelibus qui etiam tēporali subiectione subijciunt ecclesie & membris eius: hoc ius ecclesia statuit vt seruus iudeoz cum fuerit factus xpianus statim a seruitute liberet nullo precio dato si fuerit vnaculus idest in seruitute natus. Et similiter si infidelis existens fuerit emptus ad seruitiū. Si autē fuerit emptus ad mercedem tenetur eum infra tres mēses exponere ad vendendū. nā in hoc iniuriā nō facit ecclia: quia cū ipsi iudei sint serui ecclesie pōt disponere de rebus eoz. Sicut etiā p̄ncipes seculares multas leges ediderunt circa suos subditos in fauorez libertatis. In illis vō infidelib⁹ qui tēporaliter ecclie vel eius mēbris nō subiacēt: predictū ius ecclesia non statuit: licet posset instituere de iure: & hoc facit ad scandalū vitandū. Sicut etiā dñs **Matth. 17.** ostendit q̄ poterat se a tributo excusare: q̄ liberi sunt filij: tamē mādanit tribu-

tum solui ad scandalū vitandū. Ita etiā & **Saulus** cū dixerisset q̄ serui dños suos hono:arent: subiungit. **Ne** nomē domini & doctrina blasphemetur. Unde patet responsio ad primū. **Ad** secūdū dicendum q̄ illa p̄latio cesaris p̄existebat distinctioni fidelium ab infidelibus. vnde nō soluebatur per cōuersionem aliquoz ad fidē. & vtile erat q̄ aliqui fideles locum in familia imperatoris haberēt ad defendendū alios fideles: sicut beatus **Sebastian⁹** xpianorum animos quos in tormentis videbat deficere cōfortabat: & ad hoc latebat sub militari clamide i domo **Diolectiani.** **Ad** tertū dicendū q̄ serui subijciunt dñis suis ad totam vitam: & subditi p̄fectis ad omnia negocia: sed ministri artificū subdunt eis ad aliqua specialia opera. vñ periculosius est q̄ infideles accipiant dominium vel p̄lationem super fideles q̄ q̄ accipiant ab eis ministeriū in aliquo artificio. & ideo permittit ecclia q̄ xpiani possint colere terras indeorum: quia per hoc non habent necesse conuersari cum eis. **Salomon** etiam expetit a rege **Tyri** magistros operū ad ligna cedēda: vt habet. **3. Regū. 6.** Et tamen si ex tali cōicatione vel cōiuctu subuersio fidelium timeretur esset penitus interdicens.

Ad undecimū sic pcedit. Videtur q̄ ritus infidelium non sint tollerandi. **Manifestum** est enim q̄ infideles in suis ritibus peccant eos seruando: sed peccato videtur cōsentire q̄ nō pbibet cum pbibere possit: vt habetur in glo. **Ro. p̄mo** super illud. **Non** solum qui faciunt: sed & qui consensunt facientibus. ergo peccant qui eoz ritus tolerant. **Ps.** Ritus indeorum idolatrie comparantur: quia super illud **Gal. 5.** Nolite iterum iugo seruitutis contineri. dicit glo. **Non** est leuio: huius legis seruitus q̄ idolatrie. sed nō sustineretur q̄ idolatrie ritum aliqui exercerēt: quāmo xpianorum p̄ncipes tēpla idolorū p̄mo claudi & postea dirui fecerunt: vt **Aug.** narrat. **18.** de ciui. dei. ergo s̄m hoc ē ritus iudeoz tolerari nō debēt. **Ps.** Peccatū infidelitatis est grauissimū: vt supra dictū est. sed alia peccata nō tolerant sed lege puniunt: sicut adulteriū: furtū: & alia huiusmodi. ergo ē ritus infidelium tolerandi nō sunt. **Sz** cōtra est qd̄ in decre. di. **45. ca.** Qui sincera. dicit **Grego.** de iudeis. Omnes festiuitates suas sicut hactenus ipsi & patres eoz per longa colentes tēpora tennerūt: liberā habeāt obseruandi celebrādiq; licentiā. **Rn̄o.** dicendū q̄ hūanū regimē deriuat a diuino regimine & ipsuz d̄s imitari. **De** autē quis sit oipotens & sūme bonus: permittit tamen aliqua mala fieri in vniuerso que pbibere posset: ne his sublatis maiora bona tollerent: vel etiam peiora mala sequerent. Sic ergo & in regimine humano illi qui p̄sunt recte aliqua mala tolerant ne aliqua bona impediant: vel etiaz ne aliqua mala peiora incurrant: sicut **Aug.** dicit in li. de ordine. Aufer meretrices de reb⁹ humanis: turbaueris oia libidibus. Sic ergo quis infideles in suis ritibus peccant: tolerari possunt: vel propter aliquod bonū quod in eis prouenit: vel propter aliquod malū quod vitatur. **Ex** hoc autem q̄ iudei ritus suos obseruant: in quibus olim p̄figurabatur veritas fidei quā tenemus. hoc bonū puenit q̄ testimoniū fidei nostre habemus ab hostibus: & q̄si in figura nobis reputatur quod credimus. & ideo in suis ritibus tolerant. Aliorum vero infidelium ritus qui nihil veritatis aut vtilitatis afferunt nō sunt aliquantū tolerandi nisi forte ad aliquod malum vitandū: scilicet ad vitandū scandalum vel discidium quod ex hoc posset prouenire: vel impedimentū salutis eorum qui paulatim sic tolerati cōuertunt ad fidem. ppter hoc enī etiā hereticoz & paganoz ritus aliqui ecclia tolerauit q̄n erat magna infidelium multitudo. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Ad duodecimum sic pcedit. Videt q̄ pueri iudeoz & aliorum infidelium sint baptizandi parentibus inuitis. **Matth.** enī est vinculū matrimoniale q̄ ius patrie potestatis in puero: q̄ ius patrie potestatis pōt per hominē solui cū filius a milia emancipetur. vinculū autē matrimoniale nō potest solui per hominē. s̄m illud **Matth. 19.** Quod deus

finem. et hoc pertinet ad speciem infidelitatis paganorum et iudeorum. Alio modo per hoc quod intendit quidem christo assentire: sed deficit in eligendo ea quibus christo assentiat: quod non eligit ea que sunt vere a christo tradita: sed ea que sibi propria mens suggerit. et ideo heresis est infidelitatis species pertinens ad eos qui fidem christi profitentur: sed eius dogmata corrumpunt. Ad primum ergo dicendum quod hoc modo electio pertinet ad infidelitatem: sicut et voluntas ad fidem: ut supra dictum est. Ad secundum dicendum quod vitia habent speciem ex fine primo: sed ex fine remoto habent genus et causam: sicut cum aliquis mecum ut furetur: est ibi quidem species mechie ex proprio fine et obiecto. sed ex fine ultimo ostendit quod mechia ex furto oritur: et sub eo continetur sicut effectus sub causa. vel sicut species sub genere: ut patet ex his que supra de actibus dicta sunt in communi. Unde et sicut in proposito: finis primus heresis est adherere false sententie proprie. et ex hoc speciem habet. sed ex fine remoto ostenditur causa eius. scilicet quod oritur ex superbia vel cupiditate. Ad tertium dicendum quod sicut heresis dicitur ab eligendo: ita secta a sectando. sicut Isido. dicit in li. ethymologia. et ideo heresis et secta idem sunt: et utriusque pertinet ad opera carnis: non quidem quantum ad ipsum actum infidelitatis respectu proximi obiecti: sed ratione cause que est vel appetitus finis indebiti sicut quod oritur ex superbia vel cupiditate: ut dictum est. vel etiam aliqua fantastica illusio: que est principium errandi: ut etiam philosophus dicit in. 4. metaphy. fantasia autem quodammodo ad carnem pertinet in quantum actus eius est cum organo corporali.

Ad secundum sic procedit. Videtur quod heresis non sit proprie circa ea que sunt fidei. Sicut enim sunt hereses et secte in christianis: ita et fuerunt in iudeis et phariseis: sicut Isid. dicit in li. ethymologia. sed eorum dissensiones non erant circa ea que sunt fidei. ergo heresis non est circa ea que sunt fidei sicut circa propriam materiam. Preterea. Materia fidei sunt res que creduntur. sed heresis non solum est circa res sed etiam circa verba et circa expositiones sacre scripture. Dicit enim Hiero. Quod quicumque aliter scripturas intelligit quam sensus spiritus sancti efflagitat a quo scripta est: licet ab ecclesia non recesserit: tamen hereticus appellari potest. Et alibi dicit quod ex verbis inordinate platis fit heresis. ergo heresis non est proprie circa materiam fidei. Preterea. Etiam circa ea que ad fidem pertinent inveniuntur quibus sacri doctores dissentire: sicut Hiero. et Aug. circa cessationem legalium. et tamen hoc est absque vicio heresis. ergo heresis non est proprie circa materiam fidei. Sed contra est quod Aug. dicit contra Manicheos. Qui in ecclesia christi morbidum aliquid praesuntine quid sapiunt: si correcti ut sanum rectius sapiant resistunt obstinate: suamque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt sed defendere persistunt heretici sunt. sed pestifera et mortifera dogmata non sunt nisi illa que opponuntur dogmatibus fidei per quam iustus vivit: ut dicitur Ro. p. ergo heresis est circa ea que sunt fidei: sicut circa propriam materiam. R. n. dicitur quod de heresi nunc loquimur sicut quod importat corruptionem fidei christiane. Non autem ad corruptionem fidei christiane pertinet: si aliquis habeat aliquam falsam opinionem in his que non sunt fidei: puta in geometricalibus vel etiam aliis huiusmodi que omnino ad fidem pertinere non possunt: sed solum quando aliquis habet falsam opinionem circa ea que ad fidem pertinent: ad quam aliquid pertinet dupliciter: sicut supra dictum est. Uno modo directe et principaliter: sicut articuli fidei. Alio quidem modo indirecte et secundario: sicut ea ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli. et circa utraque potest esse heresis eo modo quo et fides. Ad primum ergo dicendum quod sicut hereses iudeorum et phariseorum errant circa opiniones aliquas ad iudaismum vel ad pharisaismum pertinentes. ita etiam christianorum hereses sunt circa ea que pertinent ad fidem christi. Ad secundum dicendum quod ille dicitur aliter exponere sacram scripturam quam spiritus sanctus efflagitat qui ad hoc expositionem sacre scripture retorquet quod contraria est: quod est per spiritum sanctum revelatum. Unde dicitur Ezech. 13. de falsis prophetis qui perseveraverunt confirmare sermonem. scilicet per falsas

expositiones scripture. Similiter etiam per verba que quis loquitur suam fidem profitetur. est enim confessio actus fidei: ut supra dictum est. Et ideo si sit inordinata locutio circa ea que sunt fidei: sequi potest ex hoc corruptio fidei. Unde leo papa in quadam epistola ad Theodorum episcopum alexandrinum dicit: Quod inimici crucis christi omnibus factis et verbis nostris insidiantur: ut si ullam illis vel tenuem occasionem demus: nos Nestoriano sensui etiam cognoscere metuant. Ad tertium dicendum quod sicut Aug. dicit: et habet in decre. dist. 27. q. 3. cap. dixit apostolo. Si qui sententiam suam quisquam falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt: querunt autem tota sollicitudine veritatem: corrigi parati cum inveniunt: nequaquam sunt inter hereticos deputandi: quia. scilicet non habent electionem contradicentem ecclesie doctrine. Sic ergo aliqui doctores videntur dissensisse: vel circa ea quorum nihil interest ad fidem utrum sic vel aliter teneantur: vel etiam in quibusdam ad fidem pertinentibus que nondum erant per ecclesiam determinata. postquam autem essent auctoritate universalis ecclesie determinata: si quis tali ordinationi pertinaciter repugnaret hereticus censeres. que quidem auctoritas principaliter residet in summo pontifice. Dicitur enim. 24. q. 1. Quoties fidei ratio ventilatur arbitro: omnes fratres nostros et coepiscopos: non nisi ad Petrum. id est ad sui nominis auctoritatem referri debere. Contra cuius auctoritatem nec Hiero. nec Aug. nec aliquis sacrorum doctorum suam sententiam defendit. Unde dicit Hiero. ad Damasum papam. Hec est fides papa beatissime quam in catholica didicimus ecclesia: in qua si minus perire aut parum caute forte aliquid positum est: emendari cupimus a te: qui Petri fidem et sedem tenes. si autem hec nostra confessio apostolatus tui indicio comprobatur quicumque me culpate voluerit: se imperitum vel maliuolum vel etiam non catholicum: non me hereticum comprobabit.

Ad tertium sic procedit. Videtur quod heretici sint tolerandi. Dicit enim apostolus. 2. ad Thimo. 2. Seruum dei oportet mansuetum esse cum modestia corripientes eos qui resistunt veritati: nequando det illis penitentiam deus ad cognoscendam veritatem et respiciant a laqueis diaboli: sed si heretici non tolerantur sed morti traduntur: auferuntur eis facultas penitendi. ergo hoc videtur esse contra preceptum apostoli. Preterea. Illud quod est necessarium in ecclesia est tolerandum: sed hereses sunt necessarie in ecclesia. Dicit enim apostolus. 1. ad Corin. 11. Oportet hereses esse: ut et qui probati sunt manifesti fiant in vobis. ergo videtur quod heretici sunt tolerandi. Preterea. Dominus mandavit Mattheo. 13. seruis suis ut zizaniam permitterent crescere usque ad messem que est finis seculi: ut ibidem exponitur: sed per zizaniam significantur heretici sicut in expositione sanctorum: ergo heretici sunt tolerandi. Sed contra est quod apostolus dicit ad Titum. 3. Hereticum hominem post primam et secundam correctionem deuita: sciens quia subuersus est qui huiusmodi est. R. n. dicitur quod circa hereticos duo sunt consideranda. Unum quidem ex parte ipsorum. Aliud vero ex parte ecclesie. Ex parte quidem ipsorum est peccatum per quod meruerunt non solum ab ecclesia per excommunicationem separari: sed etiam per mortem a mundo excludi. Multo enim grauius est corrumpere fidem per quam est anime vita: quam falsare pecuniam: per quam temporali vite subuenitur. Unde si falsarii pecunie vel alij malefactores statim per secularis principes iuste morti traduntur: multo magis heretici statim ex quo de heresi conuincuntur possent non solum excommunicari sed et iuste occidi. Ex parte autem ecclesie est misericordia ad errantium conversionem: et ideo non statim condemat: sed post primam et secundam correctionem: ut apostolus docet. postmodum vero si adhuc pertinax inueniatur: ecclesia de eius conversatione non sperans aliorum salutem prouidet eum ab ecclesia separando per excommunicationis sententiam: et ulterius relinquit eum iudicio seculari a mundo exterminandum per mortem. Dicit enim Hieronymus. et habetur. 24. q. 3. Resecanda sunt putride carnes et scabiosa omnia a caulis repellenda: ne tota domus massa corpus et pecora ardeat corruptur: putre-

scat: itereat. Arius in alexandria vna scintilla fuit: s; qm̄ nō
statim oppressus est: totus orbē eius flāma populata est.
¶ Ad primū ergo dicendū q̄ ad modestiā illas p̄tinet: vt
p̄mo & secūdo cor̄ipiā: q̄ si redire noluerit iāz p̄o sub/
uerso habet: vt patet in auctoritate apostoli i ducta. ¶ Ad
secundū dicendū q̄ vtilitas que ex heresibus puenit est
p̄ter intentionē hereticor̄: dum. s. cōstantia fidelīū cōpro/
batur: vt apostolus dicit. & vt excutiamus pigritias diuī/
nas scripturas sollicitius intuentes. sicut Aug. dicit. sed ex
intentione eor̄ est cor̄ūpere fidē quod est maximi nocu/
menti. & ideo magis respiciendū est ad id qd̄ est per se de
eor̄ intentione: vt excludant: q̄ ad hoc qd̄ est p̄ter eor̄
intentionē vt sustineant. ¶ Ad tertū dicendū q̄ sicut ha/
betur in decre. 24. q. 4. aliud est excoicatio: & aliud eradi/
catio. Excoicat̄ enī ad hoc aliquis: vt ait apostolus vt spi/
ritus eius saluus fiat in die dñi. si tamē totaliter eradice/
nt per mortem heretici nō est etiā p̄tra mandatū dñi: qd̄ est
in eo casu intelligendū: quādo nō possunt extirpari zizania
sine extirpatione tritici: vt supra dictū est: cum de infideli/
bus in cōmuni ageretur.

Ad quartum sic p̄cedit. Videt̄ q̄ reuer/
tentes ab heresi sint oīno ab
ecclesia recipiendi. Dicit̄ enim Hiero. 3. ex persona dñi.
fornicata es cū amatorib⁹ multis: tamē reuerrere ad me
dicit dñs. sed ecclie iudiciū est iudiciū dei. s̄m illud Dent.
p̄o. Ita paruū audietis vt magnū: neq; accipietis cuiusq;
personā: quia dei iudiciū est. ergo si aliqui fornicati fuerit
per infidelitatē que est spūalis fornicatio: nihilominus sunt
recipiendi. ¶ Meterea. Domin⁹ Mat. 18. ¶ Petro. mā/
dat vt fratri peccanti dimittat nō solū septies: sed vsq; se/
ptuages septies. per que itelligit̄ s̄m expositionē Hiero.
q̄ quotiēscūq; aliquis peccauerit est ei dimittendus. ergo
quotiēscūq; aliq; peccauerit in heresim relapsus erit ab
ecclia suscipiendus. ¶ Meterea. Heresis est quedā infi/
delitas. sed alij infideles volentes cōuertī ab ecclesia susci/
piuntur. ergo etiā heretici sunt recipiendi. ¶ Sed contra
est qd̄ decretalis dicit: q̄ si aliqui post abinrationē erroris
deprehensi fuerint in abinratas heresim recidisse: seculari
iudicio sunt relinquendi. nō ergo ab ecclesia sūt recipiēdi.
¶ Rn̄o. dicendū q̄ ecclesia s̄m dñi institutionē charitates
suā extēdit ad omnes nō solū amicos: verū etiā inimicos
& p̄sequētes: s; illud Mat. 5. Diligite inimicos vestros:
benefacite his qui oderunt vos. ¶ Mertinet aut̄ ad charita/
tem vt aliquis bonū p̄mi & velit & operet̄. Est aut̄ du/
plex bonū. Unū quidē spūale. s. salus anime qd̄ p̄ncipalr
respicit charitas. hoc enī quilibet ex charitate debet alij
velle. Unde q̄ntū ad hoc heretici reuertētes quotiēscūq;
relapsi fuerint ab ecclesia recipiunt ad p̄nias per quā im/
peditur eis via salutis. Aliud aut̄ est bonū qd̄ secundario
respicit charitas. s. bonū tēporale: sicuti est vita corp̄oralis
possessio mūdāna: & bona fama: & dignitas eccliasica siue
secularis. Hoc enī nō tenemur ex charitate alijs velle nisi
in ordine ad salutē eternā & eor̄ ad alioz. Unde si aliquid
de huiusmodi bonis existens in vno īpedire possit eternā
salutē in multis: nō oportet q̄ ex charitate huiusmodi bo/
num ei velimus: sed potius vt velimus eū illo carere: tūz
quia salus eterna p̄ferenda est bono tēporali: tūz q̄ bonū
multoz p̄fert bono vnius. Si autē heretici reuertentes
semp recipent̄: vt cōseruarent in vita & alijs tēporalib⁹
bonis. possēt in p̄iudiciū salutis alioz hoc esse: tum q̄ si re/
laberent alios inficerēt. tum etiā q̄ si sine pena euaderēt:
alij securus in heresim laberent. Dicit̄. n. Ecclesia. 8. Et
enim q̄ nō cito p̄fert p̄tra malos snia: absq; timore vilo
filij hominū p̄petrāt mala. Et ideo ecclia qdem p̄mo re/
uertentes ab heresi nō solū recipit ad penitentia sed etiā
p̄seruat eos in vita: & interdū restituit eos dispensatue ad
eccliasicas dignitates quas p̄nā habebāt si videant̄ vere
cōuersi. & hoc pro bono pacis frequēter legit̄ esse factū.
sed qm̄ recepti interdū relabunt̄. videt̄ esse signū incōstā/
tie eor̄ circa fidē. & ideo vltorius redeūtes recipiunt̄ qd̄
ad penitentia: non tamē vt liberent̄ a snia mortis. ¶ Ad
primū ergo dicendū q̄ ī iudicio dei semp recipiunt̄ redeū

tes: q̄ deus scrutator est cordiū & vere redeūtes cognos/
cit. sed hoc ecclesia imitari nō p̄t. p̄sumit enī eos nō ve/
re reuerti: qui cum recepti fuissent iterū sunt relapsi. & iō
eis vitā salutis nō denegat. sed a periculo mortis eos nō
tuetur. ¶ Ad secundū dicendū q̄ dñs loquit̄ ¶ Petro de
peccato in eum cōmissō qd̄ est semper dimittendum: vt
fratri redeūti parcat̄. non autē intelligit̄ de peccato in
proximū vel in deum cōmissō: qd̄ nō est nostri arbitrii di/
mittere: vt Hiero. dicit. sed etiā in hoc est a lege modus
statutus s̄m q̄ cōgruit honori dei & vtilitati primozum.
¶ Ad tertū dicendū q̄ alij infideles qui nunq; fidem ac/
ceperant cōuersi ad fidem nōdū ostendunt aliquod signū
inconstantie circa fidem: sicut heretici relapsi: & ideo non
est similis ratio de vtrisq;.

De apostasia. Questio. xij.

Unde cōsiderandū est de apo/
stasia. ¶ Et circa hoc q̄/
dunt duo. p̄o vtrū apostasia ad infide/
litate pertineat. 2o vtrū p̄pter apostasia
a fidē subditi absoluant̄ a domino p̄/
fidentium apostatarum.

Ad primū sic p̄cedit. Videt̄ q̄ apostasia non
pertineat ad infidelitatē. Illud enīz
quod est omnis peccati p̄ncipiū nō videt̄ ad infidelitatē
pertinere: quia multa peccata sine infidelitate existunt. sed
apostasia videtur esse omnis peccati p̄ncipiū. Dicitur
enim Ecclesiastici. x. Initium superbie hominis apostatare
a deo: & postea subditur. Initium omnis peccati superbia.
ergo apostasia nō pertinet ad infidelitatē. ¶ Meterea.
Infidelitas in intellectu cōsistit. sed apostasia magis vide/
tur consistere in exteriori opere vel sermone: aut etiam in
interiori voluntate. Dicit̄ enīz p̄verbioz. 6. Homo apo/
stata vir inutilis: gradens ore peruerso. annuit oculis: te/
rit pede: digito loquitur: prauo corde machinatur malū:
& in omni tēpore iurgia seminat. Si quis etiā se circūcide/
ret vel sepulchrū machometi adoraret: apostata reputa/
retur. ergo apostasia nō pertinet directe ad infidelitatem.
¶ Meterea. Heresis quia ad infidelitatē p̄tinet est que/
dam determinata species infidelitatis. si ergo apostasia ad
infidelitatem pertineret sequerēt q̄ esset quedam deter/
minata species infidelitatis: quod nō videtur s̄m p̄dicta.
non ergo apostasia ad infidelitatē pertinet. ¶ Sed cōtra
est quod dicit̄ Jo. 6. Multi discipuloz eius abierunt re/
tro: quod est apostatare. de quibus supra dixerat domi/
nus. Sunt quidā ex vobis qui nō credunt. ergo apostasia
pertinet ad infidelitatē. ¶ Rn̄o. dicendū q̄ apostasia
importat retrocessionem quandam a deo: que quidez di/
uersimode fit s̄m diuersos modos quibus homo deo
coniungitur. ¶ Primo nanq; coniungitur homo deo per
fidem. Secundo per debitam et subiectam voluntatem
ad obediendum p̄ceptis eius. Tertio per aliqua spe/
cialia ad supererogationem pertinentia: sicut per religio/
nem & clericaturam vel sacrum ordinem. remoto autem
posteriori remanet prius: sed non conuertitur. Contingit
ergo aliquem apostatare a deo retrocedendo a religione
quā professus est: vel ab ordine quem suscepit: & hec di/
citur apostasia religionis seu ordinis. Contingit etiam ali/
quem apostatare a deo per mentem repugnantem diuī/
nis mandatis: quibus duabus apostasijs existentibus ad/
huc potest remanere homo deo coniunctus per fidem.
Sed si a fide discedat: tunc omnino a deo retrocedere vi/
detur: & ideo simpliciter & absolute erit apostasia per quā
aliquis discedit a fide: que vocatur apostasia per fidem.
& s̄m hunc modum apostasia simpliciter dicta ad infide/
litate pertinet. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ obie/
ctio illa procedit de secunda apostasia que importat volū/
tatem a mandans dei resiliētē: que inuenit̄ in omni pctō
mortali. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ad fidem pertinet nō
solum credulitas cor̄nis: sed etiam protestatio exterioris
fidei per exteriora verba & facta. nam confessio est actus
fidei: et per hunc etiam modum quedam exteriora ver/
ba vel opera ad infidelitatem perant: inq̄ntum sunt

infidelitatis signa: per modū quo signū sanitatis sanus dī. Auctoritas autē inducta: et si possit intelligi de omni apostasia: verissime tñ cōtingit in apostasia a fide. Qd enī fides est primū fundamentū rerū sperandarū: et sine fide iposibile est placere deo: sublata fide nihil remanet ī hoīe qd possit esse vtile ad salutem eternā. et ppter hoc dicitur primo: homo apostata vir inutilis. fides enī est vita aīe: s; illud Ro. p°. Justus ex fide viuit. Sic ergo sublata vita corporali omnia mēbra et partes hominis a debita dispositione recedunt: ita sublata vita iusticie que est per fidem apparet inordinatio in oib; mēbris. et pmo quidē in ore p qd maxime manifestat cor: scđo in oculis. tertio in instrumentis motibus. quarto in volūate que ad malū tēdit. et ex his sequit; q; inrgia seminet alios intendens separare a fide: sicut et ipse recessit. Ad tertū dicendū q; spēs alius q̄litas vel forme nō diuersificat per hoc quod est terminus motus a quo vel ad quē: sen potius econuerso fm terminos motū species attendunt. apostasia autem recipit infidelitātē: vt terminū ad quē est motus recedentis a fide. vnde apostasia nō importat determinatā speciē infidelitatis: sed q̄ndam circūstantiam aggrauantem fm illud. 2. p̄. 2. Melius erat eis veritatem non cognoscere q̄ post cognitam retroire.

Ad secundum sic pcedit. Videt q; p̄ncip̄s ppter apostasiā a fide nō amittat dñi; in subditos quin ei teneant obedire. Dicit enim Ambro. et habet. xi. q. 4. q; Julianus impator q̄nis esset apostata. habuit tamē sub se xpianos milites: quibus cū dicebat: p̄ducite acie; pro defensione reip̄. obediebant ei. ergo ppter apostasiā p̄ncip̄is subditi non absoluunt ab eius dñio. Ad p̄terea. Apostata a fide infidelis est: sed infidelibus dñis inueniunt aliqui sancti viri fideliter seruisse: sicut Joseph p̄pharaoni: et Daniel Nabuchodonoso: et Haroche; Assuero. ergo ppter apostasiā a fide nō est dimittendū quin p̄ncip̄i obediat a subditis. Ad p̄terea. Sicut per apostasiā a fide recedit a deo: ita per q̄libet peccatū. si ergo ppter apostasiā a fide p̄derent p̄ncip̄es ius īperandi subditis fidelib;: pari ratione ppter peccata alia hoc amitterēt. sed hoc patet eē falsum. nō ergo ppter apostasiā a fide est recedendū ab obedientia p̄ncip̄ū. Sed p̄tra est qd Grego. 7°. dicit. Nos sanctorū p̄decessorū statuta tenentes: eos: qui excoīcatis fidelitate aut iuramēti sacramēto sunt cōstricti: aplica auctoritate a sacramēto absoluim;. et ne sibi fidelitātē obseruēt oībus modis. p̄hibemus quousq; ad satisfactionē veniant. sed apostate a fide sunt excoīcati sicut et heretici: vt dicit decretalis. extra de hereticis: ad abolendam. ergo p̄ncip̄ibus apostatantib; a fide nō est obediendū. Ad p̄terea. dicendū q; sicut supra dictū est: infidelitas fm seipsas nō repugnat dñio: eo q; dñi; introductū est de iure gentiū qd est ius humanū. Distinctio autē fidelium et infidelium est fm ius diuinū per qd nō tollitur ius humanū. sed aliquis per infidelitātē peccans pōt snialr ius dñi; amittere: sicut enī quādoq; ppter alias culpas. Ad eccliam autem nō p̄inet punire infidelitātē in illis qui nunq; fidem susceperunt. fm illud apli. i. ad Cor. 5. Quid mihi de his q; foris sunt indicare. sed infidelitātē illoꝝ qui fidem susceperunt pōt snialr punire: et conuenienter in hoc puniunt q; subditis fidelibus dñari nō possunt. hoc enī v̄gere possit in magnā fidei corruptionē: q; vt dictū est: homo apostata p̄auo corde machinat malū: et iurgia seminat: intendens homines separare a fide. Et ideo q̄s cito aliq; per sniam denunciat excoīcatus ppter apostasiā a fide: ipso facto ei subditi sunt absoluti a dñio ei; et iuramento fidelitatis quo ei tenebant. Ad primū ergo dicendū q; illo tpe ecclia in sui nouitate nondū habebat potestātē terrenos p̄ncip̄es cōpescēdi: et ideo tolerauit fideles Juliano apostate obedire in his que nōdū erāt p̄tra fidē vt mai; periculū fidei vitaretur. Ad secundū dicendū q; alia rō est de infidelib; alijs qui nunq; fidē susceperūt: vt dictū est. Ad tertium dicendū q; apostasia fide totali separat hominē a deo: vt dictum est: qd nō cōtingit in quibuscūq; alijs peccatis.

De peccato blasphemie quod opponitur confessioni fidei.

Questio.

xij.

Inde cōsiderandū est de pctō blasphemie qd opponit cōfessionī fidei. Et pmo de blasphemia in gnālī. 2° de blasphemia que dicitur peccatū in sp̄i sc̄i. Circa p̄mū querunt q̄tuor. 1° vtrū blasphemia opponat cōfessionī fidei. 2° vtrū blasphemie semp sit peccatū mortale. 3° vtrū blasphemia sit in ximū pctm̄. 4° vtrū blasphemia sit in dānatis.

Ad primū sic pcedit. Videtur q; blasphemia nō opponat cōfessionī fidei. Nam blasphemare est cōtumeliā vel aliquod cōuictū inferre in ininriam creatoris: sed hoc magis p̄inet ad maliuolentiā p̄tra deum q̄ ad infidelitātē. ergo blasphemia nō opponitur cōfessionī fidei. Ad p̄terea. Ad Ep̄. 4. sup illud. Blasphemie tollatur a vobis dicit glo. que fit in deū vel in sanctos: sed p̄fessio fidei nō videtur esse nisi de his que pertinent ad deū qui est fidei obiectum. ergo blasphemia non semp opponit cōfessionī fidei. Ad p̄terea. A q̄busdam dicit q; sunt tres blasphemie spēs. Quarū vna est cum attribuit deo qd ei nō cōuenit. Secunda est cū ab eo remouet quod ei p̄uenit. Tertia est cū attribuit creature qd deo appropriat. et sic videt q; blasphemia nō solum sit circa deū sed etiā circa creaturas. fides autē habet deū pro obiecto. ergo blasphemia nō opponit cōfessionī fidei. Sed h̄ est qd apls dicit. i. ad Tim. p°. P̄ius fui blasphemus et p̄secutor. et postea subdit. Ignorās feci in incredulitate mea: ex quo videtur q; blasphemia ad infidelitātē pertineat. Ad p̄terea. dicendū q; nomen blasphemie importare videtur q̄ndam derogationē alicuius excellentis bonitatis: et p̄cipue diuine. Deus autē: vt Dio. dicit p° ca. de diu. nō ē ipsa essentia vere bonitatis. vnde quicquid deo cōuenit pertinet ad bonitatem ipsius: et quicquid ad ipsum nō pertinet longe est a ratione perfecte bonitatis: que est eius essentia. Quicūq; ergo vel negat aliquid de deo qd ei cōuenit: vel asserit de eo quod ei nō cōuenit: derogat diuine bonitati: quod quidē pōt cōtingere dupliciter. Uno quidē modo fm solā opinionē intellectus. Alio modo cōiuncta quadam affectus detestatione: sicut econtrario fidei de s per dilectionē perficitur ipsius. Huiusmodi ergo derogatio diuine bonitatis vel est fm intellectū tñ: vel etiā fm affectum: si consistat tñ in corde: est cordis blasphemia. si autē exterius prodeat per locutionē est oris blasphemia: et fm hoc blasphemia cōfessionī opponit. Ad primū ergo dicendū q; ille qui p̄tra deū loquitur cōuictū inferre intendens: derogat diuine bonitati nō solū fm veritatē intellectus sed etiā fm prauitātē voluntatis detestantis et īpediētis pro posse diuinū honores: qd est blasphemia perfecta. Ad secundū dicendū q; sicut de; in sanctis suis laudat inq̄ntū laudant opa que de; in sanctis efficit: ita et blasphemia q; fit ī sanctos ex p̄nti ī deū redūdat. Ad tertū dicendū q; fm illa tria nō p̄nt p̄p̄e loquēdo distinguere diuerse spēs pcti blasphemie. Attribue enī deo qd ei nō p̄uenit: vel remouere ab eo qd ei p̄uenit nō differūt nisi fm affirmationē et negationē: q; qdē diuersitas habet spēm nō distinguit: q; p̄ eandē sc̄iā; īnotescat falsitas affirmationū et negationū. et p̄ eandē ignorantiam vtroq; nō errat: cū negatio p̄bet p̄ affirmationē: vt h̄ p̄ posterior. Qd autē ea q; sūt dei p̄p̄ia creaturis attribuatur: ad hoc p̄tinē vident q; aliqd ei attribuat qd ei nō p̄ueniat. q̄qd. n. ē deo p̄p̄iū ē ipse de;. Attribue autē id qd est dei p̄p̄iū alicui creature: est ipm deū dicere idē creature.

Ad secundum sic pcedit. Videt q; blasphemia nō semp sit pctm̄ mortale. Qd sup illd ad Col. 3. Nūc at; d̄ponite vos: et. dicit glo. post maiora p̄hibet minora: et tñ subdit de blasphemia. ergo blasphemia iter pctā mīora cōputat q; sunt peccata venialia. Ad p̄terea. Omne pctm̄ mortale opponit alicui p̄cepto decalogi: sed blasphemia non videtur alicui eorū opponi. ergo blasphemia non est peccatū mortale.

Cetera. Peccata que absq; deliberatione cōmittūtur nō sunt mortalia: ppter qđ p̄m̄i motus nō sūt p̄c̄a mortalia: q; deliberationē rationis p̄cedunt: vt ex supradictis patet: sed blasphem̄ia quandoq; absq; deliberatione p̄cedit. ergo nō semper est peccatū mortale. **C** Sed cōtra est qđ dicitur **2. eni. 24.** Qui blasphemauerit nomē dñi morte moriat: sed pena mortis nō infert nisi pro peccato mortali. ergo blasphem̄ia est peccatū mortale. **C** Rn^o. dicendū qđ sicut supra dictum est: peccatū mortale est per qđ homo separat a p̄m̄o p̄ncipio spiritualis vite qđ est charitas dei. vnde quęcūq; charitati repugnant ex suo genere sunt peccata mortalia. blasphem̄ia autē fm̄ gen^o suū repugnat charitati diuine: quia derogat diuine bonitati: vt dictum est: que est obiectū charitatis: et ideo blasphem̄ia est peccatū mortale ex suo genere. **C** Ad p̄m̄ū ergo dicendū qđ glo. illa non est sic intelligenda qđ oīa que subdunt^r sint peccata mortalia: sed q; cū supra nō expressisset nisi maiora. postmodū etiā quedā minora subdit: inter q̄ etiā quedā de maioribus ponit. **C** Ad secundū dicendū qđ cū blasphem̄ia opponat cōfessionem fidei: vt dictum est: eius p̄hibitio reducit ad p̄hibitionē infidelitatis que itelligitur in eo quod dicit. **Ego sum dñs deus tuus** etc. vel p̄hibetur per id quod dicit: **Uō assumes nomē dei tui in vanum.** Magis enim in vanū assumit nomen dei: q; ali- quod falsum de deo asserit q̄ qui per nomen dei aliquod falsum cōfirmat. **C** Ad tertū dicendū qđ blasphem̄ia pōt absq; deliberatione ex surreptione p̄cedere dupl̄. Vno modo qđ aliquis nō aduertat hoc qđ dicit eē blasphem̄ia: qđ potest p̄tingere cū aliquis subito ex aliqua passione in verba imaginata p̄cipit: quorū significationes non p̄siderat: et tunc est peccatū veniale: et non habet p̄prie rationē blasphem̄ie. Alio modo quando aduertit hoc eē blasphem̄iam cōsiderans significata verborū et tunc non excusat a peccato mortali: sicut nec ille qui ex subito motu ire aliquem occidit iuxta se sedentem.

Ad tertium sic p̄cedit. Videtur qđ peccatū blasphem̄ie nō sit maximū peccatū. Aliū enī dicitur quia nocet fm̄ Aug. in Enchiridion: sed magis nocet peccatū homicidij quod perimit vitam hominis q̄ peccatū blasphem̄ie qđ deo nullū nocimentū potest inferre. ergo peccatū homicidij est grauius peccato blasphem̄ie. **C** Cetera. Quicūq; perirrat inducit deū testem falsitatis: et ita vident eum asserere esse falsum. sed nō quilibet blasphemus vsq; ad hoc p̄cedit vt deum asserat esse falsum ergo periuriū est grauius peccatū q̄ blasphem̄ia. **C** Cetera. Sup̄ illud ps. **Nō lite extollere in altum cornu vestrū** dicit glo. **Maximū est viciū excusationis peccati.** nō ergo blasphem̄ia ē maximū peccatū. **C** Sed p̄tra est qđ **Isa. 18.** super illud: **Ad populum terribilē etc.** dicit glo. **Omne peccatū blasphem̄ie cōparatū lenius est.** **C** Rn^o. dicendū qđ sicut supra dictum est: blasphem̄ia opponit cōfessionem fidei. et ideo habet i se granitatē infidelitatis. et aggrauat peccatū si supernari detestatio voluntatis. et adhuc magis si p̄cipat in verba sicut et laus fidei augetur per dilectionē et confessionem. **U**nde cū infidelitas sit maximū peccatū fm̄ suis generis: sicut supra dictū est: p̄sequens est qđ etiam blasphem̄ia sit peccatū maximū ad idē genus pertinēs et ipsū aggrauās. **C** Ad p̄m̄ū ergo dicendū qđ homicidij et blasphem̄ia si cōparent^r fm̄ obiecta in que peccatur: manifestū est qđ blasphem̄ia que est directe peccatū in deū p̄ponderat homicidij qđ est peccatū in proximū. Si autē cōparent^r fm̄ effectū nocendi: sic homicidij p̄ponderat. plus enim homicidij nocet p̄m̄o q̄ blasphem̄ia deo. s; quia in granitate culpe magis attendit intentio voluntatis p̄uerse q̄ effectus operis: vt ex supradictis p̄. ideo cū blasphemus intendat nocimentū inferre honori diuino: simpliciter loquendo grauius peccat q̄ homicida. homicidij tamen p̄m̄ū locū tenet in penis inter peccata in p̄m̄ū cōmissa. **C** Ad secundū dicendū qđ super illud ad **Ep̄. 4.** **Blasphem̄ia tollat a vobis.** dicit glo. **Idem est blasphemare q̄ perurare.** quēniam perurat nō dicit aut sentit aliquid

falsum de deo sicut blasphemus: s; deū adhibet testē falsitati nō tanq; estimans deū esse falsum testem: sed tanq; sperans qđ deus super hoc non testificetur per aliqđ enī deus signum. **C** Ad tertū dicendū qđ excusatio peccati est quedā circūstantia aggrauans omne peccatū etiā ipsā blasphem̄iam. et pro tanto dicitur esse maximū peccatū: quia quodlibet facit maius.

Ad quartum sic p̄cedit. Videtur qđ dānati nō blasphemant. Deterretur enim nunc aliqui mali a blasphemādo ppter timores futurarū penarū. sed dānati has penas experiunt. vnde magis eas abhorrent. ergo multo magis a blasphemādo cōpescunt. **C** Cetera. Blasphem̄ia cū sit grauius peccatū est maxime demeritorij: sed in futura vita nō est status merendi neq; demerendi. ergo nullus erit locus blasphem̄ie. **C** Cetera. **Ecel. 17.** dicitur qđ in quocūq; loco lignū ceciderit: ibi erit. Ex quo patet qđ post hanc vitam homini nō accrescit nec meritū nec peccatū qđ nō habuit in hac vita: sed multi dānabunt qui in hac vita nō fuerunt blasphem̄i. ergo nec i futura vita blasphem̄iabūt. **C** Sed contra est quod dicit **Apoc. 16.** **Estauerunt homines estu magno et blasphemauerūt nomē dñi habētis potestatem super has plagas.** vbi dicit glo. qđ in inferno positi quīscūq; sciant se pro meritis puniri: dolebūt tamē qđ de tantā potentā habeat qđ plagas eis inferat. hoc autē esset blasphem̄ia in p̄senti. ergo et in futuro. **C** Rn^o. dicendū qđ sicut dictū est: ad rationē blasphem̄ie pertinet detestatio diuine bonitatis. Illi autē qui sunt in inferno retinebunt p̄uersam voluntatē auersā a dei iusticiā i hoc qđ diligūt ea pro quibus puniunt. et vellent eis vti si possent. et odiūt penas que pro huiusmodi peccatis infligunt. dolet tamē etiā de peccatis que p̄miserūt: non q; ipsa odiant: sed q; pro eis puniunt. Sic ergo talis detestatio diuine iusticie ē in eis interior cordis blasphem̄ia. et credibile est qđ post resurrectionem erit in eis etiā vocalis blasphem̄ia sicut i sanctis vocalis laus dei. **C** Ad p̄m̄ū ergo dicendū qđ hoīes deterrent in p̄senti a blasphem̄ia ppter timorē penarū quas se putant euadere: sed dānati in inferno non sperant se posse euadere: et ideo tanq; desperati ferunt ad omne ad qđ eis p̄uersa voluntas suggerit. **C** Ad secundū dicendū qđ mereri et demereri pertinet ad statū vie. vñ bona in viatoribus sunt meritoria vel demeritoria. In beatis autē bona nō sunt meritoria sed p̄nentia ad eorū beatitudinis premiū. et similiter mala in dānatis nō sūt demeritoria sed pertinet ad dānationis penam. **C** Ad tertū dicendū qđ quilibet in peccato mortali decedens fert secū voluntatem detestandi diuinam iusticiā q̄ntum ad aliqđ: et fm̄ hoc poterit ei inesse blasphem̄ia.

De blasphem̄ia in spūm sanctū. Questio .xiii.

Unde p̄siderandū est in sp̄ali de blasphem̄ia i spūm sc̄tūm.

d

 mines facere qualia sancti facere non possunt. C Ad 5^m
 dōm: q̄ sicut ibidem Aug. dicit ideo nō omnibus sanctis
 ista attribuūtur ne p̄nciosissimo errore decipiāt iustīam esse
 mantēs in talibus factis esse maīora dona q̄ in opibus iu
 stitiae q̄bus vita eterna comparatur.

De uita actiua et cōtemplatiua. Q^o clxxx.

Consequenter cōsiderā
 dū est de

vita actiua et cōtemplatiua: vbi q̄druplex cō
 sideratio occurrit. q̄rū p̄^o ē dī diuisione
 vite p̄ actiua et cōtemplatiua. 2^o dī vita cō
 templatiua. 3^o de uita actiua. 4^o de com
 paratōe vite actiue ad cōtemplatiua. C Cir

ca p̄^m q̄rūtur duo. p̄^o vtrū uita cōuenienter diuidat p̄ ac
 tiua et cōtemplatiua. 2^o vtrū diuisiō sit sufficiens.

Ad primū sic p̄cedit. Uñ q̄ uita nō p̄uenien
 ter diuidat p̄ actiua et cōtemplati
 nam. Anima. n. est p̄ncipiū vite per suā essentiam. dicit. n.
 p̄bs in. 2. de aīa q̄ uiuere uiuentibus est esse actionis antē
 et cōtemplationis p̄ncipiū est anima p̄ suas potentias. er
 go uidet q̄ uita non cōuenienter diuidatur per actiua et
 cōtemplatiua. C P̄. Inconuenienter diuiditur prius
 p̄ differentias posterioris actiua autem et cōtemplatiua
 siue speculatiua et practica sunt differentie intellectus: vt p̄
 in. 3. de aīa. uiuere autē est prius q̄ itelligere: nam uiuere
 inest uiuentibus p̄mo finē animā vegetabilem. vt patet p̄
 p̄bm in. 3. de anima. ergo inconuenienter diuiditur uita per
 actiua et cōtemplatiua. C P̄. Nōmē vite importat
 motum: vt p̄ p̄ Dio. 4. ca. de diu. no. Sed cōtempla
 tio consistit magis in quiete: finē illud Sap. 8. Intra s̄ i do
 mū meā congescam cum illa. ergo uidet q̄ uita nō con
 uenienter diuidat p̄ actiua et cōtemplatiua. C Sed h̄ est
 q̄d Greg. sup Ezech. dicit. Due sunt vite i q̄bus nos de^o
 oīpotens p̄ sacru eloquiū erudit: actiua uidelicet et cōtempla
 tiua. C Rñ^o dōz q̄ illa p̄prie dicūtur uiuentia q̄ ex seip̄is
 mouent seu opantur. illud autē maxime cōuenit alicui p̄ se
 ipsum q̄d est p̄prie ei et ad q̄d maxie inclināt. et iō vñ
 quodq̄ uiuens onditur uiuere ex opatione sibi maxie p̄
 pria ad quā maxie inclināt. sicut plāta: uita dī in hoc confi
 stere q̄ nutriūt et generātur. aīaliū vō i h̄ q̄ sentiūt et mo
 uent. hoīum vō i hoc q̄ itelligūt et finē rōnem agūt. vñ ē
 et in hoībus uita vniuersūq̄ hoīs uidet esse id i quo ma
 xie delectat: et cui maxie itendit: et in h̄ p̄cipue vult q̄libz
 p̄uere amico vt dī in. 9. ethi. Quia ḡ q̄dā hoīes p̄cipue
 itendūt cōtemplatiōi vitatis. q̄dā itendūt p̄ncipalr̄ exterioribz
 actionibus: inde est q̄ uita hoīs conuenienter diuidit p̄ acti
 uam et cōtemplatiua. C Ad p̄^m ḡ dōm: q̄ p̄pria forma
 vniuersūq̄ facies ip̄m esse in actu est p̄ncipiū opatōis p̄

p̄prie ip̄s. et iō uiuere dī cōvinctū ex eo q̄ uiuentia p̄ h̄
 q̄ h̄nt eē p̄ suā formā tali mō opant. C Ad 2^m dōz q̄ v̄
 ta v̄l sumpta nō diuidit p̄ actiua et cōtemplatiua: sed uita ho
 minis q̄ sp̄m sortit ex hoc q̄ h̄ intellectū. et iō eadē est dī
 uisiō intellectus et vite hūane. C Ad 3^m dōm q̄ cōtemplatio
 h̄z q̄dē gerit ab exterioribz mouibz: nihilomin^o tñ ip̄m cōte
 plari ē q̄dā mot^o intellect^o. put q̄lz opatio dī mot^o: finē q̄
 dīc p̄bs. 3. de aīa q̄ sentire et itelligere sunt mot^o q̄dā: put
 motus dī actus p̄fecti: et hoc mō Dio. 4. ca. de diu. no.
 ponit tres mot^o aīe cōtemplatiua. i. rectū: circularē et obliquū.

Ad secundū sic p̄cedit. Uidet q̄ uita non
 sufficiens diuidat p̄ actiua et cō
 templatiua. P̄bs. n. in. 1. ethi. dicit q̄ tres sunt vite maxie
 excellētes. i. voluptuosa: ciuiliū q̄ v̄l eē eadēz actiue: et cōte
 platiua. i. sufficiens ḡ diuidit uita p̄ actiua et cōtemplatiua.
 C P̄. Aug. 19. de ciu. dei ponit tria vite gr̄a. i. ociosū q̄d
 p̄tinet ad cōtemplationē. actiua q̄d p̄tinet ad vitā actiua: et
 addit tertū ex vtroq̄ cōpositū. ḡ uidet q̄ i sufficiens diui
 dat uita p̄ actiua et cōtemplatiua. C P̄. Uita hoīs diuer
 sificat finē q̄ hoīs diuersis actōibz agūt. s̄z plā q̄ duo sūt
 humanay actionū studia. ḡ v̄l q̄ uita debet plura mē
 bra diuidi q̄ in actiua et cōtemplatiua. C S̄z h̄ est q̄d iste
 due vite significant p̄ duas vxores Jacob. actiua q̄dē p̄
 L yam. cōtemplatiua vō p̄ Rachel. et p̄ duas mulieres q̄
 dñm hospitio receperūt. cōtemplatiua q̄dē p̄ Maria. actiua
 vero per Martha: vt Greg. dicit. 6. moral. non autē esset
 hec p̄grua significatio si cēt plures q̄ dne vite. ḡ sufficē
 ter diuidit uita p̄ actiua et cōtemplatiua. C Rñ^o dōm: q̄ sic
 dcm est: diuisiō ista dat de uita hūana. q̄ q̄dē attendit finē
 intellectū: itellec^o autē diuidit p̄ actiua et cōtemplatiua: q̄ si
 nis itellec^oue cognitōis vel est ipsa cognitio vitatis q̄d p̄ti
 net ad intellectū cōtemplatiua: vel est aliq̄ exterior: actio: q̄d
 p̄tinet ad intellectum practicum siue actiua. et iō uita ēt suf
 ficiens diuidit p̄ actiua et cōtemplatiua. C Ad p̄mū ḡ dōz
 q̄ uita voluptuosa ponit finē i delectatione corporali que
 cōis est nobis et brutis. vñ sic p̄bs ibidem dīc: est uita be
 stialis p̄ q̄d nō cōprehēdit sub p̄nti diuisiōe. put uita hu
 mana diuidit in actiua et cōtemplatiua. C Ad 2^m dōz: q̄ me
 dia cōficiūt ex extremis. et iō vtute cōtinētur i eis: sicut te
 pidum in calido et frigido. et pallidū in albo et nigro. et s̄l
 sub actiua et cōtemplatiua cōprehēdit id q̄d ē ex vtroq̄ cō
 positū: et tñ sic i quolibz mixto p̄dominat aliq̄d simplicū
 ita ēt i medio gr̄e vite supabūdat q̄q̄ q̄dē cōtemplatiua
 quādoq̄ vō actiua. C Ad 3^m dōm: q̄ oīa studia hūana
 rū actionum si ordinētur ad necessitatem p̄ntis vite scdm
 rōnem rectā p̄tinent ad vitā actiua q̄ p̄ ordinatas actiones
 cōsulit necessitati vite p̄ntis. si autē deseruant cōcupiscentie
 cūctūq̄ p̄tinent ad vitā voluptuosam q̄ nō cōtinēt sub vi
 ta actiua. hūana vō studia q̄ ordinant ad considerationem
 veritatis p̄tinent ad vitā cōtemplatiua.

De uita contemplatiua. Q^o clxxx.

Inde cōsiderandū ē de uita con
 templatiua. C Et circa hoc

q̄runt octo. p̄^o vtrū uita cōtemplatiua p̄ti
 neat tantū ad intellectū an cōsistat etiā in
 affectu. 2^o vtrū ad vitā cōtemplatiua p̄ti
 neat vitutes morales. 3^o vtrū uita cōte
 platiua cōsistat solū i vno actu aut i plu
 ribus. 4^o vtrū ad vitā cōtemplatiua p̄tineat cōsideratio cu
 iuscūq̄ veritatis. 5^o vtrū uita cōtemplatiua hoīs in hoc sta
 tu possit eleuari vsq̄ ad dei visionē. 6^o de motibz cōtepla
 tiōis quos Dio. assignat. 4. ca. de diu. no. 7^o de delecta
 tione cōtemplatiōis. 8^o de duratione cōtemplationis.

Ad primū sic p̄cedit. Uñ q̄ uita cōtemplatiua nī
 bil habeat in affectu: sed totū in
 intellectu. Dīc. n. p̄bs in. 2. metaph. q̄ finis cōtemplationis est
 veritas. veritas at p̄tinet ad intellectum totalr̄. ḡ v̄l q̄ vi
 ta cōtemplatiua totalr̄ in intellectu p̄sistat. C P̄. Grego. dicit
 in. 6. moral. q̄ Rachel q̄ interpretat visū p̄ncipiū vitay
 cōtemplatiua significat. s̄z visio p̄ncipiū p̄tinet p̄prie ad intelle
 ctū. ḡ uita cōtemplatiua p̄prie ad intellectū p̄tinet. C P̄. Gre.
 dīc sup Ezech. q̄ ad vitā cōtemplatiua p̄tinet ab exteriorā

actiōe q̄scere. s; vis affectiua siue appetitiua icliat ad exte-
riores actiones. g^o videt q̄ vita cōtēplatiua non pertinet
aliquo mō ad vim appetitiuā. ¶ S; ē q̄ Greg. ibidez
dic q̄ cōtēplatiua vita ē charitatē dei ⁊ p̄ximī tota mente
retinere: ⁊ soli desiderio cōditōis liberere. sed desideriu ⁊
amor ad vim affectiua siue appetitiua ptinet: vt supra ha-
bitū ē. g^o et vita cōtēplatiua h; aliqd in vi affectiua siue ap-
petitiua. ¶ Rñ^o. ddm: q̄ sicut dcm ē: vita cōtēplatiua illo-
rum eē dī q̄ p̄ncipalr intendūt p̄tēplatiōi veritatis: inten-
tiō autē est actus volūtatis: vt supra hitūz ē: q; itētiō ē de fi-
ne q̄ est volūtatis obm. ⁊ iō vita cōtēplatiua q̄tū ad ipam
essentiā actiōis ptinet ad itellectū. q̄tū autē ad id qd̄ mo-
uet ad exercēdā talē opationē ptinet ad volūtatem q̄ mo-
uet oēs alias potētiās ⁊ et itellectū ad suū actū: vt supra
dictū ē. mouet autē vis appetitiua ad aliqd ispiciēdū vel
sensibilr vel itelligibili. qñq; qdē p̄pter amozē rei vise:
q; vt dī Adatb. 6. Ubi ē thesaurus tu? ibi ē ⁊ cor: tuū. qñ
q; aut p̄ amozē ipsius cognitiōis quā q; ex ispectōe cō-
sequit. ⁊ p̄pter h^o Greg. p̄stituit vitā cōtēplatiuā in cha-
ritate dei: inq̄tū. s. aliq; ex dilectōe dei inardescit ad ei^o pul-
chritudinē cōspiciēdā. ⁊ q; vnusq; delectat cūz ade-
ptus fuerit id qd̄ amat. iō vita p̄tēplatiua terminat ad de-
lectationē q̄ ē in affectu ex q̄ etiā amor itēdit. ¶ Ad p^m g^o
ddz: q̄ ex hoc ipso q̄ veritas ē finis p̄tēplatiōis h; rōnez
boni appetibilis ⁊ amabilis ⁊ delectātis. ⁊ fm hoc ptinet
ad vim appetitiuā. ¶ Ad 2^m ddm: q̄ ad ipsaz visionē p̄-
mi p̄ncipij. s. dei icitat amor ipsi^o: vñ Gre. dic sup Ezech.
q̄ vita cōtēplatiua calcatis curis oibus ad videndā faciez
sui creatoris inardescit. ¶ Ad 3^m ddm: q̄ vis appetitiua
mouet non solum membra corporalia ad exteriores actio-
nes exercendas. sed et itellectum ad exercendam opera-
tionem contēplatiōis: vt dictum est.

Ad secundum sic p̄cedit. ¶ Uf q̄ vtutes
morales ptineāt ad vitam
cōtēplatiuā Dic. n. Greg. sup Ezech. q̄ p̄tēplatiua vita ē
charitatē dei ⁊ p̄ximī tota mēte retinere. s; oēs vtutes mo-
rales de q̄rū actib^o dātur p̄cepta legis reducunt ad dile-
ctionē dei ⁊ p̄ximī: q; plenitudo legis dilectio ē: vt dicitur
ad Ro. 13. g^o vñ q̄ vtutes morales ptineāt ad vitā contem-
platiuā. ¶ Uf. Vita contēplatiua p̄cipue ordinat ad dei
contēplationē. dic. n. Grego. sup Ezech. q̄ calcatis curis
oibus ad videndā faciem sui creatoris iardescit. sed ad h^o
nullus pōt p̄uenire nisi p̄ mundiciam quā causat vtus mo-
ralis. dicit. n. Adat. 5. Vñ mundo corde qm̄ ipsi deū vide-
bunt: ⁊ ad Heb. 12. ¶ Sacē sequimini cū oib^o ⁊ scimonia si-
ne q̄ nemo videbit deū. g^o vñ q̄ vtutes morales ptineant
ad vitā p̄tēplatiuā. ¶ Uf. Greg. dic sup Ezech. q̄ p̄tēpla-
tiua vita speciosa ē in aīo: vñ significat p̄ Rachielē de qua
in Gen. dī. 29. q̄ erat pulchra facie. s; pulchritudo aī attē-
ditur fm vtutes morales ⁊ p̄cipue fm tēperātiā: vt Am-
bro. dic i p^o de offi. g^o vñ q̄ vtutes morales ptineāt ad vi-
tā p̄tēplatiuā. ¶ S; ē q̄ vtutes morales ordinant ad ex-
teriores actōes. sed Gre. dic in. 6. moral. q̄ ad p̄tēplatiuā
vitā ptinet ab exteriore actōe q̄scere. g^o vtutes mora-
les non ptinent ad vitā p̄tēplatiuā. ¶ Rñ^o. ddm: q̄ ad vi-
tam p̄tēplatiuā pōt aliqd ptinere duplr. Uno^o eēntialr.
Alio^o dispositiue. Eēntialr qdem vtutes morales non ptin-
ent ad vitā p̄tēplatiuā: q; finis cōtēplatiue vite est confide-
ratio vitatis. ad vtutes autē morales scire qdē q̄ q̄tūm ptin-
et ad considerationē vitatis parua; qdē ptātē h;: vt phs
dicit in. 2. etbi. vñ ⁊ ipse in. 10. etbi. vtutes morales dic ptin-
ere ad felicitatē actiua: nō autē ad p̄tēplatiuā. Dispositiue
autē vtutes morales ptinent ad vitā cōtēplatiuā. ipedit. n.
actus cōtēplatiōis in quo eēntialr p̄sistit vita contēplatiua
⁊ per velementiā passionū per quā abstrahit itentio aīe
ab itelligibilib^o ad sensibilia: ⁊ per tumlius exteriores. v/
tutes autē morales ipediunt velementiā passionū ⁊ sedāt
exteriorū occupationū. ⁊ iō vtutes morales dispositiue
ad vitam p̄tēplatiuā ptinent. ¶ Ad p^m g^o ddz: q̄ sic dcm
est: vita contēplatiua hab; motūz ex parte affectus. ⁊ s; h;
hoc dilectio dei ⁊ p̄ximī requit ad vitam contēplatiuā. cāe
sūt mouētes non intrāt eēntiā rei: sed disponunt ⁊ p̄ficiūt

rem. vnde nō sequit q̄ vtutes morales eēntialiter ptineāt
ad vitam contēplatiuam. ¶ Ad 2^m ddm: q̄ scimonia.
i. mūdicia causat ex vtutib^o q̄ sūt circa passiōes ipediētes
puritatē rōnis. par autē cātur ex iniustia q̄ est circa operatio-
nes: fm illud Isa. 32. Opus iniustie par inq̄stūz. s. ille q̄ ab
iniurijs aliorū abstinet subtrahit litigiorū ⁊ tumultū occa-
siones. ⁊ sic vtutes morales disponunt ad vitā contēplati-
uam inq̄stū cānt pacē ⁊ mūdiciā. ¶ Ad 3^m ddm: q̄ pul-
chritudo sic supra dcm ē p̄sistit in qdā charitate ⁊ d̄bita p̄-
portōe. vtrūq; aut hoz radicaliter in rōne iuenit ad quāz
ptinet ⁊ lumē manifestās ⁊ p̄portōne debitā in alijs ordi-
nare. ⁊ iō in vita cōtēplatiua q̄ cōsistit i actu rōnis per se ⁊
eēntialr iuenit pulchritudo. vñ Sap. 8. de cōtēplatiōe sa-
p̄ie dī. Amator factus suz forme illi^o. in vtutib^o autē mora-
libus iuenit pulchritudo p̄cipatiue inq̄stūz. s. p̄cipat or-
dinem rōnis ⁊ p̄cipue itemperātiā q̄ rep̄mit p̄cupiscētiās
maxie lumē rōnis obscurantes. ⁊ ide est q̄ vtus castitatis
maxie reddit hoīem aptum ad cōtēplationē inq̄stūm de-
lectationes venere maxie deprimūt mentēz ad sensibilia:
vt Aug. dic in li. soliloq̄orum.

Ad tertium sic p̄cedit. ¶ Uf q̄ ad vitā contē-
platiuā ptineāt diuersi act^o. Rñ
cardus. n. de scō Victore distiguit iter p̄tēplationē: medi-
tationē ⁊ cogitationē. s; oīa ista vident ad vitāz contēpla-
tiuam ptinere. g^o vñ q̄ vite cōtēplatiue sint diuersi actus.
¶ S. Ap̄ls. 2. ad Cor. 3. dic. Nos vō reuelata facie gl̄iā
dñi speculātes trāsfōrmamur in eādē claritatē. s; hoc perti-
net ad vitā p̄tēplatiuā. g^o p̄ter tria p̄dicta et speculatio ad vi-
tā cōtēplatiuā ptinet. ¶ S. Bernard^o dic in lib. de p̄si-
deratōe: q̄ p̄ma ⁊ maria cōtēplatio est admiratio maie-
statis. s; admiratio fm damascenū ponit spēs timoris. g^o
vñ q̄ plures actus ad vitā p̄tēplatiuā regran^t. ¶ S. Ad
vitā cōtēplatiuā ptinere dñr: oīo: lectio: ⁊ meditatio: perti-
net et ad vitā cōtēplatiuā andit^o. nā de Adaria p̄ quāz vi-
ta p̄tēplatiua significat. dī Luc. 10. q̄ sedēs secus pedes
dñi audiebat vba illius. g^o vñ q̄ plures act^o ad vitā p̄tēpla-
tiuā regran^t. ¶ S; ē est q̄ vita p̄tēplatiua h; dī opatio
cui hō p̄ncipalr itēdit. si g^o sūt plures opatiōes vite p̄tem-
platiue n̄ erit vna vita p̄tēplatiua: s; plēs. ¶ Rñ^o ddz: q̄
de vita cōtēplatiua nūc loqm̄r fm q̄ ad hoīez ptinet.
hec autē dīa est iter hoīez ⁊ angeiūz: vt p̄ Dio. 7. ca. 8.
dmi. no. q̄ angelus simplici app̄hensiōe vitatem ituef. hō
aut quodā p̄cessu ex multis p̄tingit ad ituitū simpliciū vi-
tatis. sic g^o p̄tēplatiua vita vnū qdē actū h; in quo finalr
p̄fici^t. s. cōtēplationē vitatis quo h; vnitatē. h; aut mltoz
actus qbus puenit ad hūc actū finalē: quoz qdā ptinet ad
acceptiōne p̄ncipiorū ex qbus p̄cedit ad contēplationē
vitatis. alij aut ptinet ad deductionē p̄ncipiorū i vitate ei^o
cui^o cognitio inq̄rit. vitim^o aut cōpletū act^o ē ipsa cōtem-
platio vitatis. ¶ Ad p^m g^o ddz: q̄ cogitatio s; Ricardū
de scō Victore vñ ptinere ad multozū ispectionēz ex qb^o
aliq; colligere itendit vnā simpliciū vitatez. vñ sub cogita-
tione cōp̄rehēdi p̄fit ⁊ p̄ceptiōes sensuū ad cognoscēdum
aliquos effectus: ⁊ imaginatōes ⁊ discursus rōnis circa di-
uersa signa: vel q̄cūq; p̄ducētia in cognitiōe vitatis intente:
q̄uis fm Aug. 14. de tri. cogitatio dici possit oīs actualis
operatio itellectus. meditatio vero ptinere videt ad p̄ces-
sum rōnis ex p̄ncipijs aliqbus p̄igentib^o ad vitatis alicu-
ius contēplationē. ⁊ ad idē ptinet p̄sideratio fm Bernar-
dū. q̄uis fm phm in. 3. de aīa: oīs opatio itellectus p̄si-
deratio dicat: s; p̄tēplatio ptinet ad ipm simpliciū ituitūz
vitatis. vnde idē Ricardus dicit q̄ p̄tēplatiō est p̄spicax
⁊ liber ptuit^o animi in res p̄spiciēdas. meditatio autē est i-
tuitus animi in vitatis inq̄sitione occupatus. cogitatio autē
est animi respectus ad enagationem p̄nus. ¶ Ad 2^m di-
cēdū q̄ speculatio vt glo. Aug. dic ibidē: dī a speculo nō a
specula. videre aut aliqd p̄ speculū ē videre cāz p̄ effectūz
in quo ei^o similitudo relucet. vñ speculatio ad meditationēz
reduci vñ. ¶ Ad 3^m ddm: q̄ admiratio est spēs tioris p̄ns
app̄hensionēz alicui^o rei excedētis n̄fāz facultatez. vñ ad-
miratio est act^o p̄ns p̄tēplatiōez sublimis vitatis. dictūz
est enim q̄ p̄tēplatio in affectu terminatur. ¶ Ad q̄rtū

ddm: q̄ hō ad cognitionē veritatis p̄tingit dupl̄r. Uno^o p̄ ca que ab alio accipit. & sic q̄dē q̄tū ad ea q̄ hō a deo accipit necessaria est d̄o: s̄ illud Sap. 7. Inuocauit & venit in me sp̄s sap̄ie. q̄tū vero ad ea que accipit ab hoīe necessarius est auditus s̄m q̄ accipit ex voce loquentis. & lectio s̄m q̄ accipit ex eo quod per scripturā est traditum. Alio modo necessarium est q̄ adhibeat propriū studiū. & sic requiritur meditatio.

Ad quartū sic p̄cedit. Uidet̄ q̄ vita contēplatiua nō solū p̄sistat in contēplatione dei: s̄ etiā in cōsideratione cuiuscūq̄ vitatis. D̄f. n. in ps. Mirabilia opera tua & aīa mea cognosceat nimis. s̄ cognitio d̄inoꝝ op̄eꝝ fit p̄ aliquā contēplationē vitatis. g^o videtur q̄ ad vitā contēplatiuā p̄tinet nō solū d̄inā vitatē: sed et̄ q̄libz aliā contēplari. C̄p̄. Bernard^o i li. de p̄sede. d̄ic q̄ p̄ma contēplatio ē admiratō maiestatis. 2^a ē iudiciorū dei. 3^a ē b̄nificiorū ipsi^o. 4^a ē p̄missiorū. s̄ iter hec q̄tuor: solū p̄mū p̄tinet ad d̄inā vitatē. alia vero tria p̄tinet ad effectū ipsius. g^o vita contēplatiua nō solū p̄sistit i cōsideratōe d̄ine vitatis: s̄ et̄ i cōsideratōe vitatis circa d̄inos effectū. C̄p̄. Ricardus de scō Victore distiguit sex sp̄s contēplationū. quarū p̄^a est s̄m solam imaginationē dū attendim^o res corporales. 2^a aut̄ est in imaginationē s̄m rōnē: put. s̄. sensibiliū ordinē & dispōnēz cōsideramus. 3^a est in rōne s̄m imaginationē: q̄n. s̄. p̄ inspectionēz rez visibillūz ad inuisibilia subleuamur. 4^a aut̄ est in rōne s̄m rōnēz: q̄n. s̄. aīus intendit inuisibilibus que imaginatio nō nouit. 5^a aut̄ est supra rōnem: quando ex d̄ina reuelatione cognoscimus ea q̄ hūana rōne cōphendi nō p̄nt. 6^a aut̄ est supra rōnem & p̄ter rōnem: q̄n. s̄. ex d̄ina illuminatōe cognoscimus ea q̄ hūane rōni repugnare vident̄: sicut ea q̄ d̄nr de mysterio trinitatis. sed solū vltimū videt̄ ad d̄inam vitatē p̄tere. g^o contēplatio nō solū respicit d̄inam vitatē: sed etiā eā q̄ in creaturis cōsiderat̄. C̄p̄. In vita contēplatiua q̄rit̄ contēplatio vitatis inq̄tū est p̄fectio hoīs. s̄ q̄libz vitatis est p̄fectio hūani itellect^o. g^o in q̄lz contēplationē vitatis p̄sistit vita contēplatiua. C̄p̄. Sed h̄ ē q̄ Greg. d̄ic. i. 6. moral. q̄ in contēplationē p̄ncipiū q̄d de^o est q̄rit̄. C̄p̄. Ricard^o d̄m: q̄ sicut iam d̄m̄ est: ad vitā contēplatiuā p̄tinet aliqd dupl̄r. Uno^o p̄ncipal̄r. Alio^o sc̄dario v̄l dispositiue. P̄ncipal̄r q̄dē ad vitā contēplatiuā p̄tinet contēplatio d̄ine veritatis: q̄ hūmōi contēplatio est finis totius hūane vite. Uñ Aug. d̄ic. i. 1. d̄ trini. q̄ contēplatio dei p̄mittit nobis actōnū oīum finis atq̄ eterna p̄fectio gaudiorū: q̄ q̄dem in futura vita erit p̄fecta: q̄n videbim^o eū facie ad faciem. vñ & p̄fectos beatos faciet: nunc aut̄ contēplatio d̄ine vitatis cōpetit nobis i p̄fecte videlicet per speculū & in enigmate. vñ p̄ eā fit nobis q̄dā ichoatio b̄itudinis q̄ hic incipit vt in futuro continet̄. vñ & p̄bs in. 10. et̄bi. in contēplationē optimi itelligibilis ponit vltimam felicitatem hoīs. sed q̄ p̄ d̄inos effectus i dei contēplationē māduccimur: s̄ illud ad 1 Ro. 1. Inuisibilia dei p̄ ea q̄ sc̄a sūt itellecta cōspiciunt̄: ide ē q̄ et̄ contēplatio d̄inoꝝ effectūū sc̄dario ad vitā contēplatiuā p̄tinet: put. s̄. ex hoc māduccit̄ hō in dei cognitionē. Uñ Aug. d̄ic in li. de v̄a religōe: q̄ in creaturaz cōsideratōe n̄ vana & peritura curiositas ē exercenda: s̄ grad^o ad imortalia & semp manētia faciēd^o. Sic g^o ex p̄missis p̄s q̄ ordi ne quodā q̄tuor: ad vitā contēplatiuā p̄tinent. p̄^o q̄dē virtutes morales. 2^o aut̄ alij act^o p̄ter contēplationē. 3^o v̄o contēplatio d̄inoꝝ effectūū. 4^o v̄o contēplatiuū ē ipsa contēplatio d̄ine vitatis. C̄p̄. Ad p̄m^o g^o d̄m: q̄ David cognitionē op̄eꝝ dei q̄rebat vt ex hoc māducceret in deū. vñ alibi d̄ic. Meditat^o suz in oib^o op̄ib^o tuis: in factis manū tuaz meditabar: exp̄adi man^o meas ad te. C̄p̄. Ad 2^m d̄m: q̄ ex cōsideratōe d̄inoꝝ iudiciorū māduccit̄ hō i contēplationēz d̄ine iustitiē: ex cōsideratōe aut̄ d̄inoꝝ v̄z b̄nificiorūz & p̄missiorūz māduccit̄ hō in cognitionē d̄ine misericordie seu bonitatis q̄si p̄ effectū exhibitos v̄l exhibēdos. C̄p̄. Ad 3^m d̄m: q̄ p̄ illa sex designant^o grad^o q̄bus p̄ creaturas i dei contēplationē ascendit̄. nā in p̄^o gradu ponit p̄ceptio ipsoꝝ sensibiliū. in 2^o v̄o gradu ponit p̄gressus a sensibilib^o ad itelligibilia. i 3^o v̄o gradu ponit d̄iuidi

catio sensibiliū s̄m itelligibilia. i 4^o v̄o gradu ponit absoluta cōsideratio itelligibiliū in q̄ p̄ sensibilia puenit̄. i 5^o v̄o gradu ponit contēplatio itelligibiliū q̄ p̄ sensibilia iuenit̄ nō p̄nt: sed per rōnēz capi p̄nt. i 6^o gradu ponit cōsideratio itelligibiliū q̄ rō nec inuenire nec capere p̄nt: q̄. s̄. p̄tinent ad sublimē contēplationē d̄ine vitatis in q̄ finalr contēplatio p̄ficiat̄. C̄p̄. Ad 4^m d̄m: q̄ vltima p̄fectio hūani intellectus est veritas diuina. alie autem veritates p̄ficiunt intellectum i ordine ad veritatem diuinam.

Ad quintū sic p̄cedit. Uidet̄ q̄ vita contēplatiua s̄m statū hū^o vite possit p̄tingere ad visionem d̄ine eēt̄ie. q̄ vt habet̄ Gen. 32. Jacob. dixit. Uidi deū facie ad faciez & salua facta est aīa mea. sed visio faciei dei est visio d̄ine eēt̄ie. g^o vñ q̄ aliq̄s per contēplationē in p̄nti vita possit extēdere ad videndū deum p̄ eēt̄iā. C̄p̄. Greg. d̄ic in. 6. moral. q̄ viri contēplatiui ad semetipsos introrsus redeūt in eū q̄ sp̄alia r̄manant̄: & nequaq̄z secū rerū corporalium v̄bras trahūt: vel fortasse tractus manu discretiōis abigunt. s̄ incircūscriptum lumē videre cupiētes cūctas circūscriptiōis sue imagines dep̄imūt. & in eo q̄ super se contigere appetunt v̄cunt q̄d sunt. s̄ hō nō ipedit a visioe d̄ine eēt̄ie q̄ est in men incircūscriptū: nisi p̄ hoc q̄ necesse h̄z intēdere corporalibus fantasmatib^o. g^o videt̄ q̄ contēplatio p̄sentis vite p̄ se extendere ad videndū incircūscriptū lumen per eēt̄iāz. C̄p̄. Greg. in. 2. dialogorū d̄ic. Anime vidēti creatorē angusta est oīs creatura. vir g^o dei. s̄. b̄t̄is B̄ndictus q̄ intra globū ingenēti angelos quocq̄ ad celos redeūtes videbat: hoc p̄culdubio cernere nō nisi in dei lumine poterat. sed b̄t̄is B̄ndict^o ad huc p̄nti vita vinebat. g^o contēplatio p̄ntis vite p̄t se extendere ad vidēdā dei eēt̄iā. C̄p̄. Sed h̄ est q̄d Grego. d̄ic sup̄ Ezech. Quādiu in hac mortali carne viuūt nullus ita i contēplatiōis v̄tute p̄ficiat vt in ipso incircūscripti luminis radio mentis oculos infigat. C̄p̄. Ricard^o d̄m: q̄ sic Aug. d̄ic. 12. sup̄ Gen. ad l̄ras: n̄emo vidēs deū viuūt ista vita q̄ mortalr viuūt in istis sensib^o corp̄is. s̄ nisi ab hac vita q̄s quodā mō moriat̄ sine oīo exiens de corpe sine alienat^o a carnalibus sensib^o: in illā nō subnebit̄ visionem: q̄ supra diligentius pertractata sunt vbi d̄icū ē de raptu. & in p̄mo vbi actum est dei visione. C̄p̄. Sic ergo dicendum est q̄ in hac vita potest esse aliquis dupliciter.

Uno modo s̄m actum inq̄tum. s̄. actualiter vitatur sensib^o corpus. & sic nullo modo contēplatio p̄sentis vite potest p̄tingere ad videndū dei essentiam. Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentialr & non s̄m actū inquantū aīa eius est corpe: mortali cōiuncta vt forma: ita tñ vt nō v̄tat̄ corpus sensibus aut etiā imaginatione: sic accidit in raptu. & sic p̄t contēplatio hūis vite p̄tingere ad diuisionē d̄ine essentie: vnde supremus gradus contēplationis p̄ntis vite ē q̄lez habuit Iſanus i raptu s̄m quez fuit medio mō se h̄ns iter statū p̄ntis vite & future. C̄p̄. Ad p̄m^o g^o d̄m: q̄ sic Diony. in eplā ad Baiū monachū d̄ic: Si aliq̄s videns deū itellexit q̄d vidit: nō ipm vidit: sed aliqd eoz q̄ sunt eius. & Greg. d̄ic sup̄ Ezech. q̄ nequaq̄z oīp̄tēs deus iā in sua claritate cōspicit̄. s̄ q̄dā sub illa speculatur aīa vñ recta p̄ficiat̄ & post ad visiois ei^o gliaz p̄rigat. p̄ hoc g^o q̄ Jacob dixit. Uidi deū facie ad facie: nō ē itelligēdū q̄ dei essentia viderit̄: s̄ q̄ forma. s̄. imaginariā vidit in qua de^o locut^o ē ei: vel q̄ p̄ facie quēlibet cognoscim^o: cognitōez dei faciez ei^o vocauit: sic glo. Bre. ibidēz d̄ic. C̄p̄. Ad 2^m d̄m: q̄ contēplatio hūana s̄z statū p̄ntis vite non p̄t esse absq̄ fantasmatib^o: q̄ onāle est hoī vt sp̄s itelligibiles in fantasmatib^o videat̄ sic p̄bs d̄ic in. 3. d̄ aīa: tñ in intellectualis cognitio nō consistit in ipsis fantasmatibus: s̄ in eis contēplat̄ puritatez itelligibilis vitatis. & hoc nō solū in cognitioe nāli: s̄ etiā in eis que p̄ reuelationēz cognoscimus. d̄ic. n. Diony. 2. ca. cel. hierar. q̄ angelorūz hierarchias manifestat nobis diuina claritas in quibusdā s̄m/ bolis figuratis in cui^o virtute restituimur in simplū radiūz. i. in simplicez cognitionem itelligibilis vitatis. & sic itelligēdū ē q̄d Greg. d̄ic q̄ contēplantes corporalū rerūz v̄bras non secū trahunt: q̄ videlicet in eis non p̄sistit eoz

contemplatio: sed potius in consideratione intelligibilis ue-
ritatis. **C** Ad 3^m dicēdū: q^d ex v^obis Greg. n̄ dat̄ itelligi q^d
brūis B̄ndictus deū i illa uisione p̄ cētā uiderit: sed uult
ostēdere q^d q^d n̄ dēti creatorē angusta ē oīs creatura: p̄ns ē
q^d p̄ illustrationē dīni luminis de facili possit q̄cūq^z uideri.
unde subdit: q̄tūlibet. n. parū de luce creatoris aspexerit:
breue ei fuit omne quod creatum est.

Ad sextū sic proceditur. **U**idetur q^d incōueniēter
opatio cōtēplationis distinguat̄ p̄ tres
motus: circūlarem: rectum et obliquū. 4. capi. de diuī.
no. Cōtēplatio enim tantum ad quietem pertinet: s̄m illd̄
Sapientie. 8. Intrans in domum meam conuiescam cū
illa. sed motus quieti opponitur. non ergo operationes cō-
templatiue nite per motus designari debent. **C** P̄. Actio
contemplatiue nite ad intellectum pertinet: s̄m quem ho-
mo cum āgelis conuenit. sed i angelis aliter assignat̄ Dio.
hos motus q̄s in anima. dicit enim motum circūlarem an-
geli esse s̄m illuminationes pulchri et boni: motum autē
circūlarem anime s̄m plura determinat. quorum primū ē
itroitus aīe ab exteriorib⁹ ad seipsas. 2^m ē q̄dā conuolutio
uirtutū ipsi⁹ p̄ quā aīa liberat̄ ab errore et ab exteriori oc-
cupatiōe. 3^m at̄ ē unio ad ea q̄ supra se sunt. s̄m et differē-
ter d̄scribit motū rectū utriusq^z. nā rectū motū āgeli dīc̄ eē
s̄m q^d p̄cedit ad subiectōrū p̄uidētiā. motū at̄ rectū aīe po-
nit i duob⁹. p̄^o qdē i hoc q^d p̄gredit̄ ad ea q̄ sūt circa ipsas
2^o at̄ i hoc q^d ab exteriorib⁹ ad simplices cōtēplatiōes ele-
uatur. s̄m et motū obliquū diuersimode i utriusq^z determi-
nat. nā obliquū motū i angelis assignat̄ i hoc q^d p̄uidendo
minus h̄bit⁹ manēt i idēitate circa deū. obliquū at̄ motū
aīe assignat̄ ex eo q^d aīa illuminat̄ dīnis cogitaciōib⁹ rōna-
biliter et effusue. nō ergo uidentur conueniēter assignari
opatiōes cōtēplatiōis p̄ modos p̄dictos. **C** P̄. Ricardus
de scō Victore i li. de cōtēplatiōe ponit multas alias diffe-
rētiās motū ad similitudinē uolatilū celi: quorū q̄dā nūc ad
altiora se extollūt. nūc aut̄ i inferiora demergūtur. et hoc se-
pius repetē vidētur. alia uo dextro: s̄m uel sinistro: s̄m diuer-
sunt multotiēs: q̄dā uo mouētur i anteriora uel posteriora
frequēter. alia uo q̄si i gy^z uertūtur s̄m latiores uel h̄ctio-
res circuit⁹. q̄dā uo q̄si immobilis suspēse i vno loco manēt
g^o u^o q^d nō sūt solū tres motus cōtēplatiōis. **C** In prius
ē auctoritas Dio. **C** R̄n^o. dōz q^d sicut dēn̄ ē supra: opa-
tio itellec⁹ i q̄ cōtēplatio eētialr̄ cōsistit motus dī: s̄m q^d
mot⁹ ē actus p̄fecti: ut p̄bs dicit i. 3. de aīa. Quia uo p̄ sen-
sibilia i cognitionē itelligibilium deuenim⁹. opatiōes autē
sensibiles sine motu non sūt: inde est q^d etiam opatiōes i-
telligibiles quasi motus q̄dam describuntur: et s̄m similitu-
dinē diuersorū motū eaz^z differētia assignatur. In motib⁹
at̄ corporalib⁹ p̄fectiores et p̄mi sūt locales: ut p̄bat̄ in . 8.
p̄hysicorū. et iō sub eoz^z similitudine potissime opatiōes itelli-
gibiles describuntur: quoz^z qdē sūt tres differētie. nā qdāz
ē circūlaris: s̄m quē aliqd̄ mouet̄ unifo: miter circa idē cē-
trum. aliū at̄ ē rect⁹ s̄m quē aliqd̄ p̄cedit ab vno in aliū
tertius at̄ ē obliqu⁹ q̄si cōposit⁹ ex utroq^z. et ideo i operatio-
nib⁹ itelligibilib⁹ id quod simpliciter h̄z unifo: mitatem at-
tribuitur motui circūlari. operatio aut̄ itelligibilis s̄m quā
p̄ceditur de vno in aliud attribuit̄ motui recto. opatio aut̄
itelligibilis habens aliquid unifo: mitatis simul cum p̄ces-
su ad diuersa attribuit̄ motui obliquo. **C** Ad p̄^m g^o dōz:
q^d motus co: porales exteriores opponūtur quieti cōtem-
plationis q̄ itelligit̄ esse ab exterioribus occupationib⁹: sed
motus itelligibilū operationū ad ipsā quietē cōtēplationis
p̄tinēt. **C** Ad 2^m dōm: q^d homo cōuenit i intellectu euz^z an-
gelis i genere: s̄m vis itellec⁹ uia ē multo altior: i angelo q̄s in
hoīe. et ideo alio mō opz^z hos motus i hoīibus et i angelis
assignare s̄m q^d diuersimode se habent ad unifo: mitatez.
itellec⁹ n. angeli h̄z cognitionem unifo: mē s̄m duo. p̄^o
qdē q^d nō acqrit̄ itelligibile ueritatē ex ueritate rerū com-
positaz. 2^o q^d non itelligit̄ ueritatē itelligibile discursiue: sed
simplici intuitu. itellec⁹ uo aīe a sensibilib⁹ rebus accipit in-
telligibilem ueritatem et cum quodam discursu rōnis ipsi-
us eam itelligit. et iō Dio. motū circūlārē i angelis assignat̄
lōq̄tū unifo: miter et idētinēter absq^z p̄ncipio et sine ituentē

deum sicut motus circularis caris p̄ncipio et sine unifo: miter ē
circa idē centrū. in aīa uo anteq^z ad istā unifo: mita-
tes pueniat̄ exigit̄ q^d duplex ei⁹ diffo: mitas amoueat. p̄
mo qdē illa q̄ ē ex diuersitate exteriorū rerū: put. s. relin-
quit exteriora: et hoc est q^d p̄^o ponit i motu circūlari aīe in-
troitū ipsius ab exteriorib⁹ ad seipsas. 2^o aut̄ opz^z q^d remo-
ueatur sc̄da diffo: mitas q̄ ē p̄ discursū rōnis. et hoc idē cō-
tingit̄ s̄m q^d oēs opatiōes aīe reducuntur ad simplices cō-
tēplationem itelligibilis ueritatis. et hoc ē qd̄ 2^o dicit q^d neces-
saria ē unifo: mis cōuolutio itellec⁹ uia uirtutū ipsi⁹: ut . s.
cessante discursu figat̄ ei⁹ ituitus i cōtēplatiōe unius simpli-
cis ueritatis. et in hac opatiōe aīe non est error: sicut p̄z q^d
circa itellec⁹ p̄ioz p̄ncipioz n̄ errat̄ q̄ simplici intuitu cō-
gnoscimus. et tūc istis duobus p̄missis. 3^o ponit̄ unifo: miter
cōformis angelis: s̄m q^d p̄termittit̄ oib⁹ in sola dei
cōtēplatiōe p̄sistit. et hoc ē q^d dicit Damascen⁹. Sic unifo: miter
sc̄a uirtute. i. cōformiter uirtutib⁹ ad pulchritudē et
bonū manuducit̄. mot⁹ aut̄ rectus i angelis accipi non pōt̄
s̄m id qd̄ in considerando p̄cedat ab vno in aliud: sed solū
s̄m ordinē sue p̄uidētie s̄m. s. q^d angelus supior: inferiores il-
luminat̄ p̄ medios. et hoc ē qd̄ dicit q^d idirectum mouētur
angeli q̄s p̄cedūt ad subiectoz^z ordinē p̄uidētia recta oīa
trāseūtes. i. s̄m ea q̄ s̄m rectū ordinē disponūt: s̄m i rectū mo-
tū pōit̄ i aīa s̄m h⁹ q^d ab exteriorib⁹ s̄m s̄m p̄cedit ad itel-
ligibilū cognitionem. obliquū autem motum ponit̄ in
angelo cōpositū ex recto et circūlari: motum s̄m contem-
plationem dei inferioribus prouidet: in anima autem po-
nit̄ motum obliquū s̄m ex recto et circūlari cōpositū: p̄-
ut illuminationibus diuinis rōcinādo uirtutū. **C** A 3^m dōz:
q^d ille diuersitates motū q̄ accipiunt s̄m differentias eius
qd̄ ē s̄m: et deo: s̄m dextro: s̄m et sinistro: s̄m ante et retro:
et s̄m diuersos circuitus: oēs cōtinentur sub motu recto
uel obliquo. nā p̄ oēs designat̄ discursus rōnis: q^d qdē si sit a
genere ad sp̄z uel a toto ad partē: erit ut ipse exponit̄ s̄m
s̄m s̄m et deo: s̄m. si uo sit ab vno oppositorū i aliud erit
s̄m dextro: s̄m et sinistro: s̄m. si uero sit a causis in effectus
erit aut̄ et retro. si uero sit s̄m accidētia que circūstāt̄ rez. p̄
pinquam uel remotā erit circuit⁹. discursus aut̄ rōnis q̄s ē
a s̄m s̄m ad itelligibilia s̄m ordinē n̄alis rōnis p̄tinēt ad
motū rectum. q̄s at̄ ē sc̄dm illuminationes dīnas p̄tinēt ad
motum obliquū: ut ex dictis p̄z. sola at̄ imobilitas quā po-
nit̄ p̄tinēt ad motū circūlārē. vñ p̄z q^d Diony. multo suffi-
cientius et subtilius mot⁹ cōtēplatiōis describit.

Ad septimum sic procedit. **U**idetur q^d con-
tēplatio delectationē nō ha-
beat. Delectatio. n. ad uim appetitiuā p̄tinēt. sed cōtēpla-
tio p̄ncipaliter cōsistit i intellectu. g^o u^o q^d delectatio n̄ perti-
neat ad cōtēplationē. **C** P̄. Oīs cōtēplatio et oē certamē ipe-
dit delectationē. s̄m i cōtēplatione ē cōtēplatio et certamē. dicit
enī Greg. sup̄ Ezech. q^d aīa cū cōtēplari deūz n̄ uelut
i quodā certamine posita mō quasi exuperat: q^d itelligen-
do et sentiendo de icircūscripto lumine aliqd̄ degustat̄ mō
succumbit: q^d degustādo itez̄ deficit: g^o uita cōtēplatiua nō
h̄z delectationē. **C** P̄. Delectatio sequit̄ opationē p̄fectā:
ut dī. 10. ethico. s̄m cōtēplatio uie est ipefecta: s̄m illd̄ . 1.
ad Cor. 13. Uidem⁹ nūc p̄ speculū i enigmate. vñ et de Ja-
cob legit̄ Gen. 32. q^d postq^z dixit. Uidi d̄m facie ad facie
claudicabat pede. g^o u^o q^d uita cōtēplatiua delectationēz
nō habeat. **C** P̄. Lesio corporalis delectationem ipe-
dit. s̄m cōtēplatio iducit̄ lesionēz corporalem. vñ Gen. 32. dī. q^d
Jacob postq^z dixerat: Uidi d̄m facie ad facie: claudicabat
pede eo q^d tetigerit̄ neruū femoris ei⁹ et obstupuerit. g^o u^o
q^d i uita cōtēplatiua n̄ sit delectatio. **C** S̄m q̄s ē qd̄ de cō-
tēplatione sapie dī Sap. 8. Nō h̄z amaritudinēz p̄uersa-
tio illi⁹: nec tediū p̄uicit̄ ei⁹: s̄m lenitiā et gaudiū. et Greg. dīc̄
sup̄ Ezech. q^d cōtēplatiua uita amabilis ualde dulcedo
est. **C** R̄n^o dōz: q^d aliq̄ cōtēplatio pōt̄ esse delectabilis
dupl̄r. Uno modo ratione ipsius opationis: q^d uicūq^z
delectabilis est opatio sibi p̄ueniens s̄m p̄p̄riā nām u^o ha-
bitum. cōtēplatio aut̄ ueritatis competit̄ homini s̄m suaz
nām. put̄ est aīa rationale: ex quo p̄tingit̄ q^d oēs homines
natura scire desiderant: et per consequens in cognitione ue-

ritatis delectant. et adhuc magis fit hoc delectabile hñti habitū sapiētie et scie: ex quo accidit q̄ sine difficultate aliquis contemplatur. Alio modo contemplatio redditur delectabilis ex parte obiecti: in quantum. s. aliqs rem amatam contemplatur: sicut etiam accidit in visione corporali q̄ delectabil reddi nō solū ex eo q̄ ip̄s videre est delectabile: sed et ex eo q̄ videt q̄s p̄sonā amatā. Quia ergo vita contemplatiua p̄cipue p̄sistit i contemplatōe dei ad quāz monet charitas. vt dñm est: ide est q̄ i vita contemplatiua nō solū est delectatio rōne ip̄s contemplatōis: sed et rōne ip̄s dñi amoris. et q̄stū ad vtrūq̄ ei⁹ delectatio omnes delectatōes humanā excedit: nā et delectatio spūalis potior est q̄ carnalis vt supra hitum est: cū de passionibus ageret. et ipse amor q̄ ex charitate de⁹ diligit oēm amorē excedit: vñ et i p̄s dñi Gustate et videte qm̄ suauis ē dñs. Ad p̄m g⁹ dñm: q̄ vita contemplatiua h̄ eēntialr p̄sistat i intellectu: p̄ncipiū tñ h̄ in effectu. iquātū videlz aliqs ex charitate ad dei contemplatōez icitat. et q̄ finis respondet p̄ncipio: ide est q̄ et terminus et finis cōtemplatiue vite habetur i affectu: dñi. s. aliqs i visione rei amate delectat. et ipsa delectatio reiuise amplius excitat amorē: vñ Grego. dicit sup Ezech. q̄ cū q̄s ip̄s que amat viderit: i amorē ip̄s ampli⁹ ignescit. et hec est vltia p̄fectio contemplatiue vite: vt. s. nō solū diuina veritas videat: s̄ et vt amet. Ad 2m dñm: q̄ p̄ctio vel certamē qd̄ puenit ex p̄rietate exterioris rei ipedit illius rei delectationem. n. n. aliqs delectat i re q̄ quā pugnāt: s̄ i re p̄ q̄ q̄s pugnāt cū eā hō adept⁹ fuerit ceteris parib⁹ magis i ea delectat. sicut Aug. dicit i. 8. p̄f. q̄ q̄to fuit mai⁹ piculū i p̄ho: tāto maior est gaudiū i triūpho. nō ē autē i contemplatōe contentio et certamē ex p̄rietate vitatis quā cōtemplamur: s̄ ex delectu nri intellect⁹. et ex corruptibili corpe qd̄ nos ad inferiora retrahit. fm̄ illud Sap. 9. Corp⁹ q̄ corrupit aggrauat aiām. et dep̄mit terrena i habitatio sensus multa cogitantē: et inde est q̄ qñ hō ptingit ad contemplatōem veritatis ardentius eā amat: sed magis odit p̄riū defectū et grauitatem corruptibilis corporis: vt dicat cum aplo: isely ego hō: q̄s me liberabit de corpore mortis hui⁹? Uñ et Greg. dicit sup Ezech. Cū de⁹ tā p̄ desideriu et intellectu cognoscit: oēs voluptatē carnis arefacit. Ad 3m dñm: q̄ contemplatio dei i hac vita imperfecta est respectu contemplationis p̄rie: et sili delectatio contemplatōis vie est imperfecta respectu delectationis contemplationis patrie de q̄ dñi i p̄s. Detorēt voluptatis tue potabis eos. s̄ contemplatio dñoy q̄ habet i via et si sit imperfecta: tñ est delectabilior: oī alia contemplatōe q̄ntūq̄ p̄fecta pp̄ excellentiam rei cōtemplare. vñ p̄s dicit i p̄o de partibus aialium. Accidit circa illas honorabiles existētes et diuinas subas miores nobis existē theorias: s̄ et si scōz modicū attigam⁹ eas tñ pp̄ honorabilitatē cognoscēdi delectabilis aliqd̄ hñt q̄ apud nos oīa. et hoc est et quod Greg. dicit sup Ezech. Cōtemplatiua vita amabilis valde dulcedo ē q̄ sup sup semetipsaz aiāz rapit: celestia aperit: spūalia mētis oculis patefacit. Ad 4m dñm: q̄ Jacob post contemplationē vno pede claudicabat. q̄z necesse ē vt debilitato amore seculi qualescat aliqs ad amorē di: vt Gre. dicit sup Ezech. et iō post agnitionē snauitatis dei vñ i nobis pes san⁹ remanet atq̄ alius claudicat. oīs enī q̄ vno pede claudicat: solū illi pedi inicit que sanum habet.

Ad octauū sic p̄cedit. Uidef q̄ vita contemplatiua nō sit diuturna. Vita. n. cōtemplatiua eēntialiter cōsistit i his q̄ ad intellectu p̄tinet: s̄ oēs intellectiue p̄fectiōes hui⁹ vite euacuabūt: fm̄ illud p̄ma ad Corin. 13. Sine p̄phetie euacuabunt sine lingue cessabunt: sine scia destruetur. ergo vita contemplatiua euacuatur. P̄. Dulcedinē contemplatōis aliqs homo raptim et p̄rāseūdo degustat: Uñ Aug. dicit i. 10. cōf. Intromittis me i affectū multum iusitatum itrosus ad quam nescio dulcedinē s̄ redeo i hoc erūnōsis ponderibus. Grego. et dicit i. 5. moral. exponeas illud Job. 4. Cum spūs me p̄sente trāfret. In suauitate iquit contemplationis itime: nō diu mēs figit. q̄ ad semetipsam ipsa imēsitate luminis reuerberata reuocat. g⁹ vita contemplatiua nō ē diuturna. P̄. Illd̄ qd̄ non est homini conaturalē non potest esse diuturnū. vi-

ta autē contemplatiua ē melior q̄ fm̄ hoīem: vt p̄s dicit i. 10. ethi. ergo vñ q̄ vita contemplatiua nō sit diuturna. S̄ q̄ ē qd̄ dñs dicit Luc. 10. Maria optimā partē elegit q̄ nō auferet ab ea: q̄ vt Grego. dicit sup Ezech. cōtemplatiua hic icipit vt i celesti patria p̄ficiat. C̄. Rñ. dñm: q̄ aliqd̄ pōt dici diuturnum dupliciter. Uno modo fm̄ suā naturā.

Alio modo quo ad nos. Scdm̄ se quidem manifestum est q̄ vita contemplatiua diuturna ē dupliciter. Uno modo eo q̄ versatur circa incorruptibilia et imobilia. Alio modo q̄ nō h̄ p̄rietatē delectationi. n. que est i considerando nihil ē cōtrarium: vt dicit i p̄o topicorū. Sed quo ad nos et vita contemplatiua diuturna ē: tñ q̄ competit nobis s̄ actio nē incorruptibilis partis anime. s. fm̄ intellectum. vnde pōt post hanc vitam durare. Alio modo q̄ i operibus contemplatiue corporaliter non laboramus. vnde magis in huiusmodi operibus continue persistere possumus: sicut p̄s dicit i. 10. ethicorum. Ad p̄mum ergo dicendum: q̄ modus contemplandi non est idem hic et in patria. sed vita contemplatiua dicit manere rōne charitatis i qua h̄ et p̄ncipiū et finē: et hoc ē qd̄ Greg. dicit sup Ezech. Cōtemplatiua hic icipit vt i celesti patria p̄ficiatur: q̄ amoris ignis qui hic ardere ichoat cū ip̄m que amat viderit i amore ipsius amplius ignescit. Ad 2m dicēduz: q̄ nulla actio pōt diu durare i sui sumo. sumū at̄ contemplatōis ē vt attigat ad vni⁹ formitatē diue contemplatōis: vt dicit Diony. sic supra positū ē. vñ et si q̄stū ad hoc contemplatio diu durare non possit: tñ q̄stū ad alios contemplationis actus potest diu durare.

Ad tertium dicendum: q̄ p̄s dicit vñ contemplatiuam eē supra hoīem: q̄ cōpetit nobis fm̄ hoc q̄ aliquid diuinum ē i nobis. s. intellect⁹ q̄ ē incorruptibilis et ipassibilis i se. et iō actio eius pōt esse diuturnior.

De vita actiua.

20.

CLXXXI.

Inde considerādum est de vita actiua. Et circa hoc q̄ runtur q̄tuor. p̄o vtrū oīa opa virtutū moralium p̄tineāt ad vitā actiuā. 2o vtrū prudētia p̄tineat ad vitam actiuam. 3o vtrū doctrina p̄tineat ad vitā actiuā. 4o vtrū de diuturnitate vite actiue.

Ad primū sic p̄ceditur. q̄ Uñ non omnes act⁹ virtutū moralium p̄tineāt ad vitā actiuam. Uñ. n. actiua videt cōsistē solū i his q̄ sūt ad alterū. dicit. n. Greg. sup Ezech. q̄ actiua vita ē panē esurienti tribnere. et i fine multis enumeratis q̄ ad alterū p̄tinent subdit: et que singulis q̄busq̄ expediūt dispēfare. sed nō p̄ oēs actus virtutū moralium ordinamur ad alios: sed solū fm̄ iustitiam et partes ei⁹: vt ex supradictis p̄s. si ergo act⁹ oīum virtutū moralium p̄tinet ad vitā actiuā. P̄. Grego. dicit sup Ezech. q̄ p̄ 2 vā q̄ fuit lippa: s̄ secūda significatur vita actiua q̄ dñi occupat i ope minus videt: s̄ dñi mō per vñū: mō p̄ exēplū ad imitationē suā. primos accēdit multos i ope bono filios generat. hoc at̄ magis videt p̄tine ad charitatē p̄ quā diligimus primū q̄ ad virtutes morales. g⁹ videt q̄ act⁹ virtutū moralium nō p̄tineāt ad vitam actiuā. P̄. Sicut supra dñm ē: virtutes morales disponūt ad vitā contemplatiuā. s̄ dispositio et p̄fectio p̄tinet ad idē. g⁹ videt q̄ virtutes morales nō p̄tineāt ad vitā actiuā. Sed h̄ est qd̄ Irido. dicit i li. de sumo bono. In actiua vita p̄s p̄ exercitiū boni opis cūcta exhaurenda sūt vitia ut i contemplatiua iā pura mētis acie ad contemplandū dñū q̄s p̄rāseat: s̄ cūcta vitia nō exhaureūt nisi p̄ act⁹ virtutū moralium. g⁹ act⁹ virtutū moralium ad vitā actiuā p̄tinet. C̄. Rñ. dñm: q̄ sic supra dictū ē: vita actiua et contemplatiua distinguūtur fm̄ diuersa studia hoīuz itēdētū ad diuersos fines: quoy unū ē p̄sideratio vitatis q̄ ē finis vite contemplatiue. aliū at̄ ē exterior opatio ad quā ordinat vita actiua. manifestū ē at̄ q̄ i virtutib⁹ moralib⁹ nō p̄ncipalit̄ q̄rit̄ contemplatio vitatis: s̄ ordiant ad operatū. vnde p̄s dicit i. 2. ethicoy q̄ ad virtutē qd̄ scire parum aut nihil prodest. vnde manifestum est q̄ virtutes morales pertinent essentialiter ad vitam actiuam. vnde et p̄s i. 10. ethicorum virtutes morales ordinat ad felicitatem actiuam. Ad p̄mum ergo dicēduz: q̄ iter virtutes

morales precipua est iustitia qua aliquis ad alterum ordi-
natur: vt p̄s probat i. 5. ethicoꝝ. vnde vita actiua de-
scribitur per ea que ad alterum ordinantur: non quia i his
solum: sed q̄ in his principalis consistit. ¶ Ad 2^m d̄m:
q̄ per actus omnium virtutum moralium potest aliq̄s p̄-
rimos suo exemplo dirigere ad bonum: quod Greg. ibi
attribuit vite actiue. ¶ Ad 3^m d̄m: q̄ sicut virtus q̄ ordi-
natur i fine alterius virtutis transit quodammodo in species
eius: ita et quando aliquis vitur his que sunt vite actiue so-
lam prout disponunt ad contemplationem comprehen-
duntur sub vita contemplatiua. i his autem que opibus
virtutum moralium itendunt tanq̄s fm se bonis: non aut
tanq̄s disponentibus ad vitam contemplatiua: virtutes mo-
rales pertinent ad vitam actiuam: quous etia; dici possit q̄
vita actiua dispositio sit ad vitam contemplatiuam.

Ad secundū sic p̄cedit. Videt q̄ prudentia non
pertineat ad vitam actiuam. Sicut enim vita cōtemplatiua p̄tinet ad vim cognitiuam: ita actiua
ad vim appetitiua. prudentia at̄ non pertinet ad vim appetiti-
nam. s; magis ad cognitiua. g^o prudentia nō p̄tinet ad vitam
actiuam. ¶ Grego. dicit sup̄ Ezech. q̄ actiua vita dum
occupat i ope minus videt. vñ significat p̄ Lam q̄ lip-
pos oculos habebat: prudentia aut̄ requirit oculos claros:
vt recte indicet hō de agēdis. g^o vñ q̄ prudentia nō p̄tinet
ad vitam actiuam. ¶ Prudentia media ē iter vtutes mo-
rales et intellectuales. sed sicut vtutes morales p̄tinet ad
vitam actiuam: vt dictum ē: ita intellectuales ad contemplati-
uam. g^o vñ q̄ prudentia non p̄tinet neq; ad vitam actiuam
neq; ad contemplatiua: sed ad mediū viuēdi gen^o: quod
Aug. ponit. 19. de ciu. dei. ¶ S; ē qd̄ p̄s in. 10. ethico.
prudentia p̄tinet ad felicitatē actiuam: ad quā p̄tinet vir-
tutes morales. ¶ Rñ. d̄m: q̄ sicut supra dictū ē: id qd̄
ordinat ad aliud sicut ad finē p̄cipue i moralibus trahitur
ad sp̄m eius ad qd̄ ordinat: sicut ille qui mechatur vt fu-
retur: magis d̄ fur q̄ mechus: fm p̄m i. 5. ethi. manife-
stū ē at̄ q̄ cognitio prudentie ordinat ad opationes virtutum
moralium sicut ad finem. ē. n. recta rō agibilium sicut dicit
i. 6. ethicoꝝ. vñ et fines vtutū moralium sunt p̄cipia prudē-
tie: sicut i eodē li. p̄s dicit. sicut g^o dictū ē q̄ virtutes mo-
rales i eo q̄ ordinat eas ad getem cōtemplationis p̄tinet ad
vitam cōtemplatiua: ita cognitio prudentie q̄ de se ordinatur ad
opationes virtutū moralium directe p̄tinet ad vitam actiuam:
si tñ prudentia p̄p̄e sumat fm q̄ p̄s de ea loquit. si antes
sumat cōm̄s put. s. app̄hendit q̄lēcūq; hūanā cognitiones
sic prudentia q̄tū ad aliquā sui partē p̄tinet ad vitam con-
templatiua: fm q̄ Tullius dicit i. 1. de offi. q̄ acutissime et
celeberrime pōt et videre vey et explicare rōnē: is prudē-
tissim^o et sapiētissim^o rite hēri solet. ¶ Ad p̄mū g^o d̄m: q̄
operationes morales specificantur ex fine: vt supra hitum
ē. et iō ad vitam cōtemplatiua illa cognitio p̄tinet q̄ fines hēt in
ipsa cognitione veritatis. cognitio at̄ prudentie q̄ magis hēt
finē in actu appetitiue vtutis p̄tinet ad vitam actiuam.

¶ Ad 2^m d̄m: q̄ occupatio exteriorū rerū facit hoies mi-
nus videre i reb^o intelligibilibus q̄ sūt separte a sensibilibus
i qbus opationes actiue vite cōsistūt: s; tñ occupatio exte-
rio: actiue vite facit hoies magis clare videre i iudicio agi-
bilium: qd̄ p̄tinet ad prudentia: tñ pp̄ experiētia: tñ pp̄ mē-
tis attētiōnē: q̄ vbi itenderis ibi ingeniuū valet: vt Saluti^o
dicit. ¶ Ad 3^m d̄m: q̄ prudentia d̄: ē media iter virtu-
tes intellectuales et morales q̄tū ad hoc q̄ i subiecto cōue-
nit cū vtutib^o intellectualib^o: i mā at̄ totaliter cōuenit cū mo-
ralibus. illd̄ at̄ tertiuū viuēdi gen^o mediū ē iter actiuā vitam
cōtemplatiua q̄tū ad ea circa q̄ occupat: q̄ q̄nq; occupat in
cōtemplatione veritatis: q̄nq; at̄ occupat circa exteriora.

Ad tertiuū sic p̄cedit. Vñ q̄ docere nō sit act^o
vite actiue: sed cōtemplatiue. Dicit enim Grego. sup̄ Ezech. q̄ vim p̄fecti bona celestia que cō-
templari poterūt: fratribus denunciant eorūq; aios i amorē
intime claritatis accendunt. sed hoc pertinet ad doctrinam.
ergo docere est actus vite cōtemplatiue. ¶ Ad idem ge-
nus vite videt̄ reduci actus et hitus. sed docere est act^o sa-
pientie. dicit. n. p̄s in p̄cipio metaph. q̄ signū sciētis ē pos-

se docere. cū ergo sapiētia vel scia p̄tineat ad vitam cōtemplati-
ua. vñ q̄ et doctrina ad vitam cōtemplatiua p̄tineat. ¶ S;.
Sic cōtemplatio ē act^o vite cōtemplatiue ita et oio. s; oio q̄ q̄s
orat p̄ alio nihilomin^o p̄tinet ad vitam cōtemplatiua. g^o q̄ ali-
quis veritatē meditatā in alteri^o notitiā p̄ doctrinam deducit
vt ad vitam cōtemplatiua p̄tinet. ¶ Sed ē est q̄ Grego.
dicit sup̄ Ezech. Actiua vita est panē esurienti tribuere: ver-
bo sapiētie nesciētē docere. ¶ Rñ. d̄m: q̄ actus doctri-
ne h; duplex obm. sit. n. doctrina p̄ locutionē. locutio autē
est signū audibile interioris p̄ceptionis. ē g^o vñ obm doctri-
ne id qd̄ est mā sine obm interioris p̄ceptionis. et quātū ad
hoc obm q̄nq; doctrina p̄tinet ad vitam actiuam: q̄nq; ad con-
templatiua. ad actiuā qd̄z q̄n hō interioris p̄cipit aliquam
veritatē vt p̄ eā in exteriori actione dirigat. ad cōtemplatiua
at̄ q̄n hō interi^o p̄cipit aliquā veritatē itelligibile in cui^o p̄si-
deratione et amore delectat. Vñ Aug. dicit in lib. de ver-
dñi. Eligant sibi p̄tē meliorē. s. vite cōtemplatiue: vacent ver-
bo: inbient doctrine dulcedine: occupentur circa sciam sa-
lutarē: vbi manifeste dicit doctrinā ad vitam cōtemplatiua p̄-
tinere. aliud vero obm doctrine ē ex pte fimonis audibilis.
et sic obm doctrine ē ipse audiēs: et q̄tū ad hoc obm ois do-
ctria p̄tinet ad vitam actiuā ad quā p̄tinet exteriores actiones
¶ Ad p̄m g^o d̄m: q̄ auctoritas illa exp̄sse loquit̄ d̄ doctri-
na q̄tū ad mān̄ put versat̄ circa p̄siderationē et amo-
rē vitatis. ¶ Ad 2^m d̄m: q̄ habitus et actus cōicant i obm
et iō manifesta illa rō p̄cedit ex pte mae interioris p̄ceptio-
nis. intantū. n. ad sapiētē vel scientē p̄tinet posse docere in
quantū pōt interiorē p̄ceptū verbis exp̄m̄re ad hoc q̄ pos-
sit aliū adducere ad itellectū veritatis. ¶ Ad 3^m d̄m: q̄ il-
le q̄ orat p̄ alio nihil agit erga illū p̄ quo orat: s; soluz erga
deum qui est itelligibilis veritatis. sed ille qui alium do-
cet aliquid circa eum agit exteriori actione. vnde nō est si-
milis ratio de vtroq;.

Ad quartum sic p̄cedit. Vñ q̄ vita actiua
maneat post hanc vitam. Ad vi-
tā. n. actiuā p̄tinet act^o moralium virtutū vt dem̄ ē. s; vtutes
moralis p̄manēt post hanc vitam: vt Aug. dicit i. 14. de trimi.
g^o vñ q̄ vita actiua p̄maneat post hanc vitam. ¶ Docere
alios p̄tinet ad vitam actiuā: vt dem̄ ē. s; i futura vita i q̄ silēs
erim^o angelis poterit eē doctrina: sic et in angelis eē vñ: q̄
rū vñ aliū illumiat purgat et p̄fic: qd̄ refert̄ ad scie assum-
ptionē: vt p̄s p̄ Diony. 7. ca. cele. hierar. g^o vñ q̄ vita acti-
ua remaneat post hanc vitam. ¶ Illd̄ qd̄ de se ē durabili^o
magis vñ posse post hanc vitam remanere: s; vita actiua vñ
eē de se durabilior: dicit. n. Greg. sup̄ Ezech. q̄ i vita acti-
ua fixi p̄manere possum^o. in cōtemplatiua aut̄ itēta mēte ma-
nere nullo mō valem^o. g^o multo magis vita actiua p̄t ma-
nere post hanc vitam q̄ cōtemplatiua. ¶ S; ē qd̄ Greg. dicit
sup̄ Ezech. Cū p̄nti seclō vita auferat̄ actiua. cōtemplatiua aut̄
hic icipit̄ vt in celesti p̄ria p̄ficiat. ¶ Rñ. d̄m: q̄ sicut su-
pra dictū est: vita actiua h; finē in exterioribus actibus q̄ si
referant̄ ad getem cōtemplationis itā p̄tinent ad vitam cōte-
platiua: in futura aut̄ vita beatorū cessabit occupatio extero-
rum actiuū. et si q̄ act^o exteriores sint referent̄ ad finē cōte-
platiuis: vt. n. Aug. dicit in fine de ciu. dei. Vbi vocabimur
et videbim^o: videbim^o et amabim^o: amabim^o et et lauda-
bim^o. et in eodē li. p̄mittit q̄ ibi de^o sine fine videbit. sine fa-
stidio amabit: sine fatigatōe laudabit hoc mun^o. hic affe-
ctus. h̄ act^o erit in oib^o. ¶ Ad p̄mū g^o d̄m: q̄ sic supra
dictū ē: vtutes morales manebūt nō fm act^o quos hnt̄ cir-
ca ea q̄ sūt ad finē. huiusmodi. n. act^o sunt fm q̄ p̄stituunt
getē cōtemplatiuis: quā Aug. in p̄missis v̄bis significat p̄ va-
cationē q̄ ē itelligēda nō solū ab exteriorib^o tumultib^o. sed
et ab interiori p̄turbatōe passionū. ¶ Ad 2^m d̄m: q̄ vita
cōtemplatiua sic supra dem̄ est: p̄cipue p̄sistit in cōtemplatōe dei
et q̄tū ad hoc vñ angelus aliū nō docet: q̄ vt d̄: Adatt.
18. d̄ angelis pusilloꝝ q̄ sunt inferioris ordis q̄ semp vidēt
